ENCHIRIDION

IVRIS SCRIPTI GALLIAE moribus,

ET CONSVETVDINE FREquentiore vsitati, itémque abrogati, authore Ioanne Imberto Rupellano, Fontenaiensisque causarum patrono omnibus causidicis & cæteris iudicialis Gallicæ praxis studiosis apprimè necessarium, & vtile.

*

Quasi imber super herbam:
Et quasi stillæ super gramina.
Deuter. xxxii.

Officio, non euentu facienda metire.

LVGDVNI,
Apud Ioannem Frellonium,

M. D. LVI.

Cum priuilegio Regio.

Extraict du priuilege du Roy.

Il eſt permis à Antoine Vincent, & Iehan Frellon cytoyens & marchans libraires de Lyon d'imprimer, ou faire imprimer un liure nouuellement compoſé par maiſtre Iehan Imbert intitulé: *Enchiridion iuris ſcripti Galliæ moribus & conſuetudine frequentiore uſitati, itémque abrogati*. Faiſant inhibition, & deffence à tous autres libraires & Imprimeurs de non imprimer, ou faire imprimer, & mettre en uente ledit liure iuſques à dix ans, ſur peine de confiſcation dudit liure, & d'amẽde arbitraire. Donné à Villiers coſteretz le xiiii. iour de Nouembre, L'an mil cinq cens cinquante cinq, & de noſtre regne le ix.

Par le Roy. Le Seigneur de S. Martin maiſtre des Requeſtes ordinaire de l'hoſtel preſent.

Coignet.

ILLVSTRISSIMO ET COLENDISSIMO D.D. IOANNI BERTRANDO REGIIS SANctioribus sigillis præfecto, & Procancellario meritissimo Ioannes Imbertus causarum patronus obsequentissimus S.

* *
*

CVM *diutius animo hisce nostris lucubrationibus patronum requisiissem, Nomophilax præstãtissime, cuius auspicijs ex antiquo & solenni scribentium instituto in lucem eas proferrem, inuestigari mihi potuit nemo, cuius innomine iustius: & conuenientius, quàm in tuo apparerent. Tu enim is es, qui in nobilissima illa Tholosatum academia Ius ciuile pluribus lustris auditorio professus fuisti frequentissimo. Deinde ad eius urbis moderationẽ accitus multas & grauissimas legationes ad illustrissimum, & nunquam absque honorificentissima præfatione nominandũ hæroem Monmorentium Galliarum præfectum prætorio gessisti. Ille autem ubi singularem tuam in negotijs obeundis prudentiam & dexteritatem habuit perspectam, solertiori Galliarum Regis Francisci nuper defuncti cum alijs naturæ dotibus multis, tum eximia literarum cognitione celeberrimi consilio te adhibuit: ubi summa tua fides, integritas, industria, & sedulitas ita se exeruit: ut à principe illo tertij in amplissimo Parisiensi Senatu præsidis promerueris*

dignitatem. At post illius fata Henricus filius Regiæ maiestatis ut successor: ita regijs uirtutibus patre non inferior, imò (quod citra omnem assentationis suspicionem dixerim) etiam fortaßis superior te augustißimo primarij illius curiæ præsidis munere illustrauit. Denique in hoc supremum totius ordinis togati euexit columen, ut sis ueluti quædam iuris & publici, & priuati ἐντελέχεια in ditione totius Regni latißima. Quapropter cum hæc nostra opera ad iuris tum pontificij, tum ciuilis, tum ad forensem Galliarum disciplinam pertineat, quàm maximè, eam tuæ amplitudini dicandam meritò duximus. Tuam itaque humanißime procancellarie obtestamur clementiam, ut hoc nostrum munusculum uultu sereno excipiat, & nos in suam admittat clientelam. Diuini autem numinis beneficentiam obsecramus: ut summum hoc imperium cum publicæ utilitati promouendæ, tum gloriæ ipsius amplificandæ in multa felicißimè proroget tempora. Vale Ex ædibus nostris Fontenaiensibus x. Calen. Martij 1552.

AD LECTOREM CANdidum eiusdem authoris hendecasyllabicum epigramma, operis argumentum continens.

Cum perstringere commodè nequirent
Nostræ pragmaticæ Institutiones,
Quod sex lustra foro labor tributus
Morum iudicialium, & recepti
Iuris, nosse dedit, breui libello
Hoc includere duximus, rogem ergo,
Nostram suscipias lubens opellam.

τοῦ βίβλου καὶ τοῦ συγγραφέως
διάλογος.

ἡ βίβλος.

τί ποτε σὺ ἐκπονεῖς, μὴ ἀπολαύων σχολῆς
διηνεκῶς σὰς διατελεῖς κυκῶν βίβλους;
τοῦ τε σέο νοῦν δ' ἀπ[illegible]ς; ἀγοραῖα συλλέγων
ἀγρ' οἶδας, ἢ ἅμαξα βοῦς πόλλ' ἐκφέρει;
πόθεν δὲ σοὶ παρέσται εὐεργέτης,
οὐκ αἰεὶ ἔργων ἡ τύχη ἀποκρίνεται.

ὁ συγγραφεύς.

Ναὶ παραφρονέεις, τὰ μάταια διαλεγόμενος
γλυκυτέραν ἐν βίβλοις τὴν ζωὴν βόσκομαι
ἢ τοῖς ἐν ἑσπερίδων κήποις καὶ ἀδώνιδα
μηδένα πόνοι', ἀνταπόδωσιν θηρώμενος
κἂν ἀπ' οὐδαμῶν προσέλθοι μετόπισθεν χάρις
μόνη τάχιστα πάντ' ἀνακουφίσει κόπον.

IOAN

IOANNIS IMBERTI RVPELLANI, FONTENAIENSISQVE CAVSArum patroni in iuris ſcripti, morúmque Galliæ enchiridion,

***

PRAEFATIO.

FActurus non leuè operæ precium mihi uideor candide lector, ſi quo animo & conſilio ad has excudendas acceſſerim lucubrationes, tibi breuiter aperirē. Cum enim à iure ciuili diſcendo, me ad forum contuliſſem: in hoc ferè totus ſemper incubui, ut quantum, quóquo modo forenſes noſtri mores à iuris ſcripti diſciplina recederent, penitiùs cognoſcerem. Quippe qui animaduertebam, huius rei inſcitia pleroſque inſigni etiam iuris peritia præditos, ijs nonnunquam luculentum cauſæ detrimentum intuliſſe: qui eorum conſilio, & opera utebantur. Quamobrem ubi in hoc ſtudio diutiùs uerſati fuiſſemus, Inſtitutiones nonnullas forenſes ſuſcepimus Latinè, mox Gallicè elaborandas, inque publicum illas euulgauimus: ut qualis qualis hac in re nobis ſucceßiſſet profectus, publico uſui exponeretur. Sed quia in illis ſcribendis complura occurrerunt: quæ à iuris ſcripti tramite plurimum dißidebant, eßent tamen apud nos uſu protrita: ea autem non poſſem iſthic commodè inſerere, quòd eſſent à re propoſita ſupra modum aliena, iam ex illo in ſecretiorem pœnum ea cenſui recondere: unde ſi quando per rei forenſis, & familiaris ocium liceret, illa aggrederemur edenda.

Itaque ex forensibus, & domesticis occupationibus tandem succidere nobis datum est temporis: ut ea & generis eiusdem pleraque per annos quæ plus minus triginta (quibus foro dedimus operam) nobis sunt animaduersa: quodam ceu fasciculo complecti & perstringere contigerit. Porrò autem ut cuique magis obuia forent omnia, statuimus ea in literarij indicis seriem, & formam redigenda. Habes igitur amicissimè lector nostrum de tota hac editione consilium: quam si quo animo tibi utendam tribuimus & fruendam, eodem fueris amplexatus, nobis gratiæ satis existimabimus relatum.

ENCHIRIDION IVRIS SCRIPTI GALLIAE MOribus, & conſuetudine frequentiore uſitati, itémq; abrogati, autore Ioanne Imberto Rupellano.

Abuſus.

ABVSVS, ſi in conuentionibus initis inter priuatas perſonas ſuper ſacerdotiorum permutatione interuenerit, vt puta, ſi ſimoniam ſapiãt, poteſt is cuius intereſt, priuatim, nedum ipſe regius procurator, ab homologatione earum conuentionum à ſummo Pontifice facta, tãquàm ab abuſu prouocare. Quinetiam cũ ſummus pontifex, quidpiam in perniciem ordinis eccleſiaſtici, vel religionis orthodoxæ inminutionem ſtatuit, neque id in acta ſupremæ Pariſienſis curiæ relatum eſt, licet ei cuius id intererit, ab eo ſtatuto, vel decreto tanquam ab abuſu prouocare. Quocirca cùm ſummus pontifex quidã annis ab hinc centum plus minúſue inſtitutũ equitum religioſorum, qui diui Lazari titulo inſcribuntur, ampliſsimo diplomate rogatis de more

Abuſus in conuentionibus ſuper ſacerdotio initis commiſſus quomodo corrigi poſsit.

Quid item, ſi abuſus ſit in ſummi Pontificis diplomate.

fratrum Cardinalium ſententiis coniunxiſ-
ſet,ſeu vniuiſſet cum inſtituto eorum reli-
gioſorum,qui diui Ioannis ab Hieroſolymis
appellatione decorantur:princeps ſeu pri-
marius eorum, qui altero inſtituto degunt
ab ea vnione ſeu coniunctione, tanquàm ab
abuſu in quadam controuerſia appellauit:&
primarium alterius inſtituti, ad ſubeundas
primas appallationis partes ad ſupremã Pa-
riſ.curiam acciuit. Itaque cùm generalis re-
gius procurator in cauſam cum primario
equitum diui Lazari deſcendiſſet,is diui La-
zari primarius victoriam adeptus eſt. Cuius
quidem appellationis interponẽdæ author
fuit Curolus Molinęus,apud eam curiã inſi-
gnis cauſarum patronus. Verùm cominus
pedem conferre formidabat appellans,niſi
huic ſententiæ ſubſcripſiſſet vir ſingulari
tum eloquentia, tum iuris morúmque no-
ſtrorum,& humaniorum literarum peritia,
tum integritate præſtantiſsimus Petrus Se-
guierius, tum apud ſummum illud tribunal
priuati iuris cognitor & patronus: nunc au-
tem meritiſimus fiſci aduocatus:& eam cau-
ſam ſuſcepiſſet perorandam. Quorum ſanè
ac etiam aliorum in eodem foro commili-
tonum laudi,ſi quid in his commentationi-
bus occurrerit,quod tribuendum ſit:vt pote
in quo per eos profecerim, me nullo modo
id præ

id prætermissurum recipio. Sed nec dissimilis ratio est huius ab abusu prouocationis emittendæ, si quid perperam ab aliquo collegio ecclesiastico decretum, vel factum, in priuati alicuius damnũ vel fraudem fuerit: vt latè à nobis in secundo institutionum forensium libro, in scholiis. c. 3. disputatũ est. Sanè nonnulli existimant, eum cuius in perniciem decretum vel aliud factum fuit, posse interdicto vti possidetis aduersus eos experiri, qui huiusmodi decretum executioni mandauerint. Verùm appellationis illius auxilium habitum fuit vtilius. Abusum autẽ definiuimus, cùm Præsules, vel iudices ecclesiastici quidpiam in perniciem regiæ vel laicæ iurisdictionis, vel priscam Franciæ immunitatem, vel libertatem, vel aduersus decreta synodi Basiliensis, vel aliorum huiusmodi conciliorum, vel nostrorum etiam in ecclesia maiorum & patrum sanctorum, vel regias constitutiones, vel supremarũ curiarum Senatusconsulta & placita statuunt, vel moliuntur. Rursúsque vbi magistratus, aut iudices regii, aut laici aliquid ad imminutionem iurisdictionis pontificiæ, vel authoritatis sacri ordinis spectans, admittunt, aut decernunt.

Abusus, secundum forenses Galliæ formulas, definitio.

Abſens.

Abſcentia præſumitur.

ABſens quis cenſetur, niſi probetur pręſens, vt trad. Speculator, titul. de actore. verſic. quid ſi poſtquam. & ſequenti. cui aſtipulatur Bald. in l. non ſolùm. §. neceſsitate. C. de bonis, quæ liber. Et quamquam Iaſ. in §. rurſus. in princ. referat Dyn. contrarium aſſeruiſſe, cum quo videtur conſentire, vt pote eum poſteriore loco citans, ſecundum id quod tradit Bart. & Paul. Caſtr. in l. bona fides. ff. depoſiti. Magis tamē ſuaſerim Specul. & Bald. partes ſequendas. Nã & Alexand. Imol. conſil. xcij. in v. volu. cõſil. idem reſpondit. Sed & Angel. in l. præſcriptione. C. quib. non obiicit. long. temp. præſcrip. aſſerit, ſi quis ad tuendam præſcriptionem aduerſarium præſentem fuiſſe cauſetur, præſentia hæc ab eo probãda eſt. Proinde ea diſertè exprimenda eſt, in eo volumine, quo litigantes ea quæ facti ſunt, ad cauſam fulciendam complectuntur. quod vel articulos, vel ſcripturas, vel acta vulgò pragmatici nominant. Quin vt aptiùs ſuper hoc teſtis queat teſtificari, exiſtimarem adſcribendum locum, in quo, qui præſens affirmatur, fuerit eo tempore cõmoratus. Cùm enim id ſit facti, non præſumitur, niſi probetur l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim.

Præſentia exprimenda, & probanda.

reuerſ

reuerſ. Tum quia in eo litis cardo vertitur, ei qui hoc dicit, onus incubit probandi. l. ei qui & l. in exceptionibus. ff. de proba. Porrò in Senatu Pariſienſi non cenſeri abſentē, niſi qui extra regnū eſt Frāciæ, teſtis eſt admodū locuples vnus ex illius curiæ conſidētibus Do. And. Tiraq. in tra. de iure retrac. §. 35. char. 290. qui vbertate, & doctrina in hoc ſyntagmate alios (quibus eadem materia tractata eſt) facilè antecellit, adeò vt & ſi cōplura alia ſcripſerit egregia, hîc tamen ſatis ſit ad immortale illi nomen comparandum. Tametſi verò iure cōmuni variè, pro rei de qua agitur conditione, abſens quis intelligatur, vt latè diſſerit Felin. in c. quoniam. numero 9. vt lite non conteſta. in antiq. Itaq; quod ad præſcriptionem attinet, is mea ſententia abſens eſt habendus, qui in alio præſidatu degit: cum moribus noſtris præſidatus, ſeu balliuatus, ſeu ſeneſchaliæ regiæ diſterminent prouincias, ac diſtinguant: non autem metropolitanæ ciuitates diœceſeum pontificiarum, ſeu epiſcopatuū. vt trad. Ioā. Fab. in §. i. inſtit. de vſucap. & in l. vlti. C. de long. temp. præſcrip. cui aſſentitur Do. Barthol. Chaſſa. in commentar. conſuetu. Burgund. titu. *des fieds*. §. i. in gloſſ. *s'il eſt au pais*. Atque ita à ſuprema Pariſ. curia fuiſſe deriſum teſtatur Pet. Kat in comment. conſuet.

Abſens quomodo quis eſſē intelligatur.

Picto.tit.*des prescriptions*.in glo.super verb. *dix ans*. Arbitrarer autem ex isto placito amplissimæ illius curiæ,quod ex D. Tiraq.accepimus,eum qui extra regnum habitat, accipi absentem, quod ad eum restitutionis, quæ ob absentiam impetratur,ope subleuandum spectat. Sed si quis Gallicæ causa reipublicè expeditione bellica intra regni fines, si modo procul à præsidatu regio, cuius in territorio larem foret,fuerit occupatus, eũ absentiæ beneficio iuuari credimus. Nam si cõcedatur,vt qui extra regni terminos Gallicæ reipublic.causa militiam gerat,absentiæ præsidio potiatur,discriminis rationem nequiuerim perspicere,cur alter, qui in regno extra sui præsidatus metas militat, eodem non fruatur auxilio:cùm belli, quo regnum impetitur,ratio magis sit habenda,quã quod quòd extra regni terminos inferatur: quippe ex quo tam præsens non impendeat periculum. Quapropter apud Romanos olim bellum Italicum,vel Gallicũ,tumultus,quasi in quibus inerat ex periculi vicinitate timor multus,appellabatur. Itaque sine vlla vacationis venia exercitus ex omni hominũ genere cõscribebatur,de qua re plura apud Budæum in annot.in pandec. in l.i.§.i.ff.depositi.& nonnihil apud Ciceronem in oratione pro Marco Fonteio. Appia. quoque de bellis

Quid olim apud Romanos tumultus.

bellis ciuilib. libr. ii. scribit in sacerdotum & seniorum lege, quæ de immunitate lata est, exceptum fuisse, nisi Celticum bellum instaret.

Abbates.

ABbates, seu Cœnobiarchæ, aut alii antistites, qui plures prioratus, seu villas in multis regionibus posside nt, non possunt quempiam earum rerum nomine, quæ ad villarum, seu prioratuum ius pertinent, alibi in ius vocare, quàm vbi illarum villarum, seu prioratuum administratores (si quibus earũ cura commissa esset) in iudicium possent accersere: licet eæ villæ proprii eorum antistitum iuris sint: id est, de eorũ (vt aiunt) mensa sint. vt prob. text. in clement. i. de rescript. nempe coram iudice eius territorii, in quo villa sita est, debent experiri. Sed ad illos id nõ porrigitur, qui vnà cum rebus ad se pertinentibus, tutela seu patrocinio Regis donati sunt: quod gardam gardianam vulgò nominant. Siquidem vel apud libellis præfectos, qui in Basilica Parisiensi, idémque ex suprema Paris. curia selecti iudicant, vel apud regios iudices, prout eorum protectionẽ Rex is vel illis mandauit, possunt aduersus quoscunque, vel in personam actione, vel interdicto de possessione agere, nec interest quó-

Abbates vbi eos quibus cũ pro ãnuis præstationibus, aliysve cœnobij rebus lis futura est, debent conuenire.

nam in loco res ſitæ ſint,quod ad illos libel lis præfectos ſpectat: non autem quantum ad regios iudices. Hi etenim niſi de perſonis, rebúſue intra præſidatus ſeu (vt loquitur) Senechaliæ fines conſtitutis poſſunt cognoſcere, quippe id regio protectionis diplomati expreſsim ſolet inſeri, atque ea de re copiosè libro inſtitu. noſtrarum forenſ. primo diſputauimus.

Abbas.

ABbas citationis edictum non poteſt aduerſus eos decernere,quibus prioratuū ſub monaſterii ſui poteſtate conſtitutorum, adminiſtratio à ſummo pontifice commendata eſt:propterea quod hi cōuentui à ſe indicto, vel ſolenni & ſtato non interfuerint: niſi quid ab illis ipſi Abbati vel monaſterio, tum oportuerit præſtari,quoniam niſi præſtiterint, poteſt ab Abbate in illos decerni citatio,vt ſupremæ Pariſ.curiæ iudicio ſancitum eſt,die xj. Maii. M. v.xv. Nam commendatarius regulari monaſterii illius diſciplinæ,non eſt ſubditus,imò ei libera in ſacris & prophanis poteſtas conceſſa eſt: vt tradit Panor.in c.cùm nobis olim.de elect. Verùm quatenus penſitare quidpiam tenetur prioratus monaſterio, onus illud veluti rei adſcriptum,debet cōmendatarius agnoſcere

ſcere: ideo iuris illius ergo in eum Abbas iuriſdictionis ſuæ partibus meritò fungitur.

Abbas inferiori monaſterio ſtipulari an poßit.

ABBAS inferiori monaſterio, quod ſub eius poteſtate conſtitutum eſt, id eſt, quod ab eius monaſterio (vt dicunt) dependet, ſtipulari poteſt: quamuis monaſterium illud habeat ſpeciales adminiſtratores. Ioã. Fab. in §. ſi verò qui. inſtit. de inutil. ſtipul.

An prioratus vel aliud beneficium (vt vocant) manuale poßit per Abbatem qui contulerit, auferri

ABBATIS morte prioratus (vt vulgò appellant) beneficium non cenſetur reuocatum: licet illud pro ſuo arbitrio Abbas expreſsim reuocare, & adimere potuiſſet. Ideóque illud ferè nominari ſolet manuale. Panor. in c. vlti. de preca. Adeò autem huiuſmodi beneficium pro nutu Abbatis, vel conceditur, vel adimitur: vt ſi fuerit ablatũ, nullum omnino auxilium ad id recuperandum aduerſus Abbatem detur: etiam ſi trien nio poſſederit ille prior, vt Inno. affirmat in c. olim. de accuſat. quod prob. text. in c. cùm ad monaſterium. §. tales. de ſtat. regul. in antiq. Vel ſi Abbas monacho in diem mortis ipſius monachi illud beneficium non conferre alteri ſit pollicitus. Nulla etenim obligatio inter Abbatem & monachum, perinde ac inter dominum & ſeruum, poteſt contrahi. vt tradit Archid. & Domi. in c. præſenti.

de offic. ordina. in vj. congruitque text. in can. multos. 54. dist. Verùm id moribus nostris in hoc Franciæ regno exoleuit, vt sentit Dec. in c. ad nostram. de confirma. vtili. Nam si absque iusta causa beneficium illud Abbas auferret, superioris officium posset implorari, vt ad retinendum beneficium succurreret: sicuti seruus aduersus dominũ adire potest principẽ, vel iudicem. vt no. in l. j. C. de precib. imperat. offer, & in l. lis nulla. ff. de iudic. & in §. vlti. instit. de iis qui sunt sui, vel alie. iur. Quod quidẽ antea æquũ censuerat Innoc. in c. insinuante. qui cleric. vel voue. Quin & huiusmodi beneficium amoueri non potest, si summus põtifex illud ex certa suiipsius scientia cõfirmauerit, vt trad. Ioan. Andr. & Domi. in c. præsenti. sup. cita. & in c. cùm singula. de præbendis. in vj. Nam indultum à principe beneficium perpetuò decet esse mansurum. Aliter tamen si summus pontifex illud simpliciter confirmarit: vt scribit Panorm. in c. nisi essent. de præbendis. Videtur tamen huic aduersari, quod affirmat Barba. in c. cùm accessissent. de constitut. Si beneficium (inquit enim) monacho Papa conferat (quod prioratum vocat) monachus non tenetur iussu Abbatis illi beneficio renunciare: cùm quod ad id attinet, veluti emãcipatus intelligatur. vt probat tex

Quid item si summus pontifex id beneficium contulerit.

bat tex

bat text.in can.ſi monachus.xvj. quæſtio.j. Proinde idem iuris eſſe apparet: cùm benefi cium manuale Papa ſimpliciter confirmat. Nam confirmatio defectum confirmati ſup plet. vt nota. in c. quotiens. de pact. & c.j. de tranſact. in antiq. Itaque & aliquid ei quod cõfirmat, addere velle iudicatur, vt tradit Fe lin. in c. inter dilectos. numer. vj. de fide inſtrument. Quod igitur aſſerit Panorm. in c. niſi. accipiendum eſt de eo beneficio, à quo monachus Abbatis nutu inuitus nequit expelli. vt conueniat ei cum Barba. At Feli. in c. conſtitutus. col. v. de reſcrip. ait ſi per expectatiuam gratiam, vel mandatum Papæ be neficium manuale conferatur, nõ effici perpetuum. Innuit tamen, vt ſi cõfirmetur, reddatur perpetuum. Sed & in cap. per tuas. de maio. & obedient. refert cenſuiſſe quamplu rimos, etiã ſi ex ſummi pontificis gratia quis huiuſmodi manuale beneficium adeptus ſit, illud non poſſe per Abbatem adimi. Quapropter hanc libẽtiùs amplecterer opinionem. Sanè qui diui Benedicti inſtitutũ profeſsi ſunt, tametſi ſummus pontifex beneficium illis contulerit, ipſis illud auferre ex iuſta cauſa Abbati licet: ſicut ſi ipſe Abbas donauiſſet. vt relatum eſt in conſtitu. Benedic. c. xxxij. de obtinẽ. benefi. ex colla. Apoſto. Et quoniam ſummus pontifex eas conſtitutiones

tiones approbauit & homologauit, licet iuri communi derogent, tamē obſeruandæ ſunt. Licet autem Abbas in beneficio manuali, à ſummo pontifice ita collato, vt remoueri nō poſsit, aduerſus eum qui illud ſit conſequutus, nullam habeat poteſtatem, quantum ad fructuum ipſius adminiſtrationē attinet: in cæteris tamen adhuc Abbatis iuriſdictioni ſubiicitur monachus. vt probat tex. in c. per tuas. ſup. alleg. Atq; ibidem ferè hæc omnia vberrimo ſtylo conſcripſit Fel. quæ etiā D. Petr. Rebuff. in tractatum, quem de pacific. poſſeſſ. ſuper concord. inter pontificē ſummum & regem noſtrum edidit, nonulla ex parte contulit. Quocirca exiſtimaui huc ea præſertim, quia quotidiano in vſu verſantur, etiam transferenda, vt ſint cuique magis obuia.

Vter Abbas, an Epiſcopus aduerſus monachū in cauſa criminali cognoſcat.

ABBAS in cauſa criminali aduerſus monachum debet cognoſcere: nō autem epiſcopus, cuius in diœceſi delictum admiſſum eſt. text. in c. ea quæ. de ſtat. monach. in antiq. Abbas in c. cùm ab eccleſiarum. de offic. ordina. in antiq. & Feli. in c. paſtoralis. nume. iij. eod. titu. Si tamen vel leuiſsima ſuſpicionis cauſa aduerſus Abbatem proponatur, ſuprema curia conſueuit ad epiſcopū, vel eius iuridicum remittere, dūmodo delictum ſolam inſtit

lam instituti sacri, seu regulæ transgresionẽ non respiciat: quoniam eiusmodi delicta ad solius Abbatis pertinent animaduersionem: quam vulgò disciplinã regularem appellãt.

Accusare.

Accusare plures an vnus, an verò vnũ plures poßint accusare.

ACcusare plures vnum non possunt, secundum ius commune: vnus autem plures potest accusare. Id autem constitutũ est, siue quia si accusatione exciderent, ad similitudinem supplicii traherentur, talionísq; pœnam subirent. At in specie altera vnus tantùm perire potest. Ita sensit Specul. titul. de accusat. versicul. quid si nullus. in j. parte oper. Siue quia vnus posset criminis probationem peragere, alter autẽ minimè. vt istic in addit. ad Specul. not. Verùm quia moribus nostris nõ est talionis pœnæ locus, sed accusator succumbens, vt plurimũ duntaxat condemnatur ad litis impendia & damna, quæ reus passus est. vt in institut. nostrarum forens. libr. iij. ad finẽ disseruimus. Deinde cùm simul accusatores plures ex vsu nostro forẽsi debeãt probationes cõficere, proindéq; alter altero non posit probatione esse superior, hodie apud nos plures ad vnum non modò accusandum, sed etiam ad denunciandum aduersus vnum quodpiam crimen admittuntur. Quid autem intersit inter accusatorem

ſatorem ſeu delatorem priuatum, & denunciatorem libro earundem inſtitut. iij. circa principium explicuimus.

Accuſator.

Accuſator ab accuſatione an poſſit deſiſtere.

ACcuſator ſecundum ius commune non modo poſt litem conteſtatam, ſed etiã poſt libellum oblatum, non poteſt à cœpta accuſatione deſiſtere, imo à iudice cogi poteſt, vt in ea pergat. vt prob. text. in l. miles. §. ſocer. ff. ad leg. Iul. de adulte. & c. licet. & ibi Feli. de accuſa. in antiq. & Bald. in l. j. C. qui accuſa. non poſſ. Libellus autem, Gallicis moribus noſtris, eſt elogium quæſtionis capitalis, in quo criminis indices ſunt examinati. Id ſanè informationem vulgò nominant. Itaque oblatus tum cenſetur libellus, cùm iudex in eo elogio procuratoris regii, alteriúſue cuiuſuis iuriſdictionis petioni ſucſcribit, ſceleris reum vel in ius accerſendũ, vt per ſeipſum & ore proprio cauſam dicat, vel in vincula & cuſtodiam coniiciendum. Lis verò habetur conteſtata, quũ poſteaquã reus ſuper illo elogio à iudice interrogatus eſt, auditis vtrinq; litigantibus iudex decernit, an iudicium illud capitale inſtar ciuilis & ordinarii peragetur: an autem extra ordinẽ. vt latiùs tertiò inſtitu. noſtrarum forenſ. libro expoſuimus. Sed cùm iiſdem noſtris moribus

ribus duo ſint in iudicio criminali ferè petitores, nimirũ procurator regius, alteriúſue iuriſdictionis, alter autem ſit delator priuatus, qui quidem damnum perſequitur pecuniarium ſibi illatum, prior verò ad ſuppliciũ corporale, vel pœnam pecuniariã fiſco erogandam depoſcit. Ideóque cum priuati pactio, vel ſilentium reipub. non obſit: videtur hodie accuſator priuatus ad perſequendam accuſationem compelli non poſſe. Quod enim ſua intereſt, licet ei remittere pacto expreſsim in id concepto. vt not. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. Tum excepto falſi vel adulterii flagitio, ſuper crimine fas eſt tranſigere. Proinde licet etiam priuato accuſatori, vel reluctãte regio procuratore, ab ea accuſatione diſcedere. Extat ſiquidem vulgaris iuris regula: vt nemo inuitus agere cogatur C. At Itali iuris profeſſores ab illa regula criminis accuſationem exceperant, propterea quòd id Reipub. plurimũ referebat. Saltem vt filius, vel hæres defuncti interfecti ad occiſores accuſandos poſsit compelli. vt tradit Paul. Caſtrẽ. in l. vnica. vt nemo inuit. agere, vel accuſa. cog. Porrò autem apud nos ea deficit ratio, igitur & exceptioni illi nõ poteſt locus eſſe: præſertim cũ priuatus delator inſcriptionis ſolennis communi iure proditæ apud nos liberetur vinculo

culo:ne eiusce inscriptionis metu, iustæ etiã accusationis persequutionem quis deterreatur suscipere.

Accipiens.

Accipiens epistolam an in ea comprehensum approbet.

ACcipiens debitor epistolam, qua super debito soluendo interpellatur, censetur debitum agnoscere. Imò & si quo modo queat debiti illius nexu teneri, eo se astringere videtur. l. si filius fa. patre. ff. ad Maced. quod & Bart. ex ea l. assumit. Sed & hoc ibi potissimum valet, vbi simul atque debitor literas lectitauerit, eas adseruauit, vt trad. Guiliel. in cle. j. de procurat. Atque id nonulli eo trahunt, vt si quis locãdo villam quanta, quámque maxima est, id est cũ omnibus suis iuribus & pertinentiis, (vt nunc loquimur) volumen tradat, quo singula quæ iuris eius villæ sunt, describuntur (quod nos papirum rentarium, seu censarium vocamus) intelligatur is, ea se omnia præstiturum obligare, quæ volumine illo comprehenduntur: quãuis nisi id volumen tradidisset, de singularũ rerũ euictione non fuisset obligatus: vt probat text. in l. j. C. de euict. Videtur enim id esse vniuersum quiddam instar hæreditatis: vt sentit Bart. in l. si ita. ff. de aur. & argent. legat. in specie non multum dissimili. Verùm proprius id vrget tex. in l. j. C. de donat. In

An locans villam quanta, quámque maxima est, seu cum pertinentiis, si tradat librum censuum, vel annuarum præstationum ob eã villam debitarum, teneatur nominatim earum præstationũ bona facere.

nat. Instrumentum nominis (ait enim) qui donat, ipsum nomen donare creditur. Quare multò magis in hac, de qua agitur, specie, si quis illud volumen tradat, censetur velle, vt rebus omnibus, quæ in illo continentur, vtatur, fruatúrque conductor. Nam cùm ex onerosa causa hoc proficiscitur, tum incommodum solummodo affert temporale. Illud verò præterquam quod gratuitò conceditur, perpetuum habet damnum. Sanè Ias. in l. Labeo. ff. de pact. l. illam. j. C. de don. intra miros coercet cancellos: scilicet, vt vim suã tantùm obtineat, vbi donandi animo traditum instrumentum apparet: alioqui tradendo instrumentum, censetur duntaxat ad nomen exigendum dare, si id patiatur personæ conditio, vt puta, si ei det, cui facilis sit exactio. Quod si idonea persona non sit nomini exigendo, tum illud donare videtur. Veluti, si instrumentum mulieri, pupillo, militi, offeratur. Cui ego assentior: vt hac in re omnino sit habenda eius, cui instrumentum traditur, personæ ratio. Id tamen nostrã super specie proposita sententiam haud mutat, sed adiuuat, non mediocriter.

Donãs instrumentum, an censeatur nomen in eo cõprehensum donare.

Acta.

ACta in vno iudicio confecta, in alio inter easdem personas probant. l. iubemus. C.

Acta facta in vno iudicio,

quomodo in alio moribus nostris probent.

mus.C.de libera.cauſ.adeò vt probationes plenæ in ſummario iudicio adhibitæ, fidem in iudicio primario & principali faciãt. Iacob.Butrig.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quib. cauſ.maior. & Bartol.in conſtit.Federici incip. ad reprimendum.in verbo,ſummariæ. Ita tamen vt & eæ probationes lite conteſtata, & vocata parte cuius intereſt, ſint factæ, & teſtimonia ſint ad rei probationem idonea. Federic.de Senis conſil.vj.& refert Feli.in c.cauſam quæ.j.de teſtib. Sed vſu noſtro forenſi inoleuit, vt reſcriptum à principe oporteat impetrari, vt huiuſmodi acta non ſolùm inter extraneas perſonas,vel ad iudicium, vel ad ſemiplenã probationem,verum etiam inter eaſdẽ perſonas liceat proferre, vt eorum, pro vt ius dictat, ratio habeatur. Quin & cùm inter extraneas perſonas proferuntur teſtimonia inter alios confecta, excipiendum eſt in eo reſcripto, vt ſuperſit facultas aduerſario eleuandæ illorum teſtium opinionis,eóſque reprobandi,itémque aduerſario propugnandi & defendendi. Sanè acta in ciuili iudicio nõ ſufficiunt ad probationem perfectam in criminali iudicio,quoniam cùm in criminali iudicio periculum maius verſetur, exiſtimandum eſt,vt quis maiorem diligentiam in eo, quàm in ciuili adhibeat: vt rectè ſenſit Inno, in c.

Acta in ciuili, an proſint in criminali iudicio.

in c.per inquiſitionem. de elect. in antiq. & Bald. in l. quod euitandi. C. de condict.ob turp.cauſ. In quam & nos ſententiam deſcẽdimus:licet quidam contra fuerint arbitrati,tamen ex iis probationibus in iudicio ciuili habitis, poterit aliquid momenti ad iudiciũ criminale accedere:vt puta ad id peruenire inſtituendum,abſque vllo alio de criminis indicibus elogio confecto : vel etiam poſſunt interdum ponderis tanti eſſe,vt ex iis reus poſsit torqueri,ſi aliis fulciantur adminiculis,& ex more quæ in iudicio criminali agenda ſunt,anteceſſerint,vt tradit Angel.in l.j.C.ſi quis aliquem teſta. prohib.& comprob.text.in l.iij.§.ſi quis dolo.ff.de liber. exhib. Conſtat igitur abs re nonullos dubitare,an ea quæ in iudicio capitali ex noſtro more habito acta ſunt, proſint in eo quidem iudicio, quod inſtar ciuilis ordinariíque iudicii perficitur. Nempe ea quæ modò diſſeruimus apertè indicant, illa conducere. Imò nec opus eſt vllo reſcripto principis in hac ſpecie, quo iubeantur admitti: cùm id poſterius non tàm ſit aliud iudicium, quàm ſeries eadèmque tela prioris. Nam, mea ſententia, ideo ad hoc poſterius tranſitur iudicium,quoniam probationes in priori confectæ,ad inferendum capitale ſuppliciũ ſæpiſsime nõ ſufficiunt,quæ tamẽ adirro

Acta in extra ordinario capitali iudicio, in ordinario prodeſſe.

gandam mulctam pecuniariam essent idoneæ. Itaque vt flagitii affinis vel suspectus non statim commeritam in corpus pœnam haud effugiat, facultas conceditur huius posterioris indicii attexēdi, quò vberiores exhibeantur probationes. Verùm quia reus sceleris non fuit priori iudicio manifestus factus, soluitur ea, qua prius detinebatur, custodia: datis vtique vadibus, secundum formam regiis constitutionibus traditam.

Actus voluntarij.

Actus nostri voluntarij an extendantur vltra id quod geritur.

ACtus nostri voluntarii vltra id quod fit, non extenduntur: text. & Bartol. in l. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere, actúq; priua. Itaque si quis quarundam rerum vectigal percipiendo, ius illius exigendi præscripserit, non potest aliarum rerum vectigal ob id præscriptione acquisiuisse causari. Quantum enim possessum est, tantùm & præscriptum. Sed id est eatenus accipiendũ, quatenus nostri actus ad vnam speciem solummodo possunt accommodari: seu (vt loquimur) sunt vniformes: aliter atque si ad plures, & varias species queāt referri. Quippe tum intelliguntur ad eas omnes pertinere, veluti, duo fratres eodem vtuntur artificio, simúlq; commorantur, ac lucrum omne ex eo

Quantũ possessum tantũ præscriptum.

Duo fratres simul commorã

ex eo artificio comparatum, in commune soliti sunt conferre: censentur duntaxat illius artificii, lucríq; ex eo quæsiti societatem cõtraxisse, vt ibidem Bart. scribit. At si diuersa eorum fratrum sit vel ars, vel opera, vt puta vnus causidicus, alter autem mercaturã exerceat, atque sub eodem tecto habitent, quæstúsque omnes, ac res mobiles rerúmq; immobilium fructus inter seipsos communicent, non tantùm artis & operæ illius, sed etiam bonorum omnium societatem censentur iniuisse: vt asserit Bald. in l. si patronus. C. commu. vtriusque iudic. & Ludo. Roma. consil. ccxcj. Verùm secundum Pictonum statuta c. iiij.[xx] iij. intelliguntur soluũmodo mobilium, & immobilium constante societate acquirendorum contrahere: quod ęquo propiùs existimauerim, vbi etiam deesset statutum.

tes, quemadmodum societatem videntur contraxisse.

Actus agentium.

ACtus agentium egredi non debẽt mentem & cogitationem, vel primordialẽ, vel quæ in actum incidit. Plerunque enim contingit, vt præter id quod principaliter agitur, tacita nascatur obligatio, vel dispositio: vt probat text. in l. si is qui. §. vlt. ff. commoda. Nam si libero homini, qui mihi bona fide seruiebat, quasi seruo rem commo-

Actus mentẽ agentium primariam, vel secundariam non egredi.

dauero, commodati aduersus eum habebo actionem: atque si indebitum soluam, quamuis dissoluere obligationem cogitem, nascitur tamen mihi ad indebitum repetendum obligatio. Igitur si fratres simpliciter bona paterna diuiserint, fideicommissum quod inuicem alteri eorum superstiti à communi patre relictum erat, non cẽsentur remisisse, tametsi cauerint à se nihil contra diuisionẽ factum iri, & si contra quis fecisset, pœnam alter alteri promiserit. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. Nec eiusmodi generalis cautio cogitationem remittendi fideicommissi induxisse videtur, quoniam actus diuisionis, absq; illa fideicommissi remissione, poterat consistere, neutríque damnum afferre. Ideo quod incidit, non immutat quod principaliter agebatur. At cum libero homini, bona fide sibi seruienti, quis commodat, si præter id quod principaliter agitur, non iniretur, non nasceretur obligatio: commodatori, & ad commodatum repetendum non daretur actio, atque ita iniuria damno afficeretur. Quæ quidẽ ratio mihi videtur grauioris ponderis, quàm eæ: quas adducit plurimas Ias. in d. §. duo fratres. numero 23. ad numerum 34.

Fratres paternam diuidendo hæreditatem, non censentur fideicõmissum à patre iniunctũ remittere.

Autho

Authoritas curatoris.

AVthoritas curatoris non eſt neceſſaria, ſi minor ex cauſa criminali conueniatur: idque moribus noſtris receptum eſt: licet aduerſetur l. clarum. C. de author. præſtan. Quod & ad mulierem nuptam porrigitur: quamuis moribus noſtris mulier ſine authoritate viri in iudiciis ciuilibus ſtandi, vel etiam in criminalibus agendi vel contrahendi, legitimam non habeat perſonam: vt ſtatuto Pictonum c. ix.[xx]. xiij. & ſequenti proditum eſt, niſi mercatrix fuerit publica. Nam cùm ex iis quæ ad mercis illius, cui à viro præpoſita eſt, exercitationem pertinent, actio ei mulieri, & in eam ſine viri authoritate ab eodem ſtatuto datur. Proinde, nec minor ſine curatoris authoritate capitali iudicio quemquam poteſt pulſare. Sed & filiusfamil. patris authoritate in iudiciis, ſecundum mores noſtros, non indiget: ſi ſuper iis agat, vel conueniatur, in quibus nullum patris incommodum verſatur: niſi fuerit xxv. annis minor: quoniam curator ei in cauſa ciuili, ſiue experiatur, ſiue defendat, in litem dandus eſt: vt trad. Guid. Pape in deciſ. Delphi. quæſt. liiij.

Authoritas curatoris in iudicio criminali aduerſus minorem moto, vel viri in cauſa capitali contra vxorem inſtituta, nõ requiritur

Filiofamiliâs ad agendum an ſit neceſſaria patris authoritas.

Appellatio.

Appellatio an omisso medio possit introduci ad superiorem.

APpellatio licet gradatim coram superiore eius iudicis, à quo appellatum est, sit introducenda: vt not. in l. Imperatores. ff. de appellat. tamen si lite apud supremam curiã pendente, quæpiam proferatur sentẽtia ab inferiori iudice lata, ab eáque sit appellandum, appellatio non est offerenda ei iudici, cui aliàs eã offerri oporteret: sed ipsi supremæ, medio vtique omisso iudice. Rescriptũ igitur à principe impetratur, quo illi curiæ præcipitur, vt quia alterius appellationis terminatio ab ea pendet, súntque adeò eæ appellationes inter se connexæ, vt alterius finis alteri quoque terminum imponat: ius de ea reddat appellatione, nulla omissi medii iudicis habita ratione. Cæterùm & si gradatim sit appellatio introducenda, si tamen is omittatur iudex medius, cuius iurisdictioni subditi sunt litigantes, appellatio ritè introducta pronunciabitur: si clientelaris patronus, cuius in dominio est iurisdictio omissa, causam ad suum iudicem ablegari non postulauerit: sed si id petierit, impetrabit: atque qui appellationem hoc modo introduxit, huius introductionis multabitur expensis. vt nota. in libr. statut. seu consuet. Pictonicæ regionis c. xvij. xx. xiiij.

cuius

cuius exemplum si lubeat, require in instit. nostrarum forens. lib. ij. Proinde moribus nostris illud non congruit, quod scribit Bal. in addit. ad Specul. titu. de appel. in x. col. in paruis voluminib. nimirum, vt minor ad appellandum restitutus, si aduersus interponendam restituatur appellationem, literas eum debere ad iudicem, à quo appellat, dirigere: sin autem aduersus interpositam, ad iudicem ad quem appellat, eas esse destinandas. Nam vtraque in specie debet restitutionis rescriptum ad iudicem, ad quem appellatur, transmitti: vt inter discutiendã appellationis controuersiam, de ea restitutione approbanda, vel improbanda cognoscat, & iudicet: nisi forsan in foro ageretur pontificio. Nam cùm appellans à iudice à quo appellat, debeat Apostolos petere, ísque iudex diem constituere, intra quem appellatio introducatur, literas tunc eius rei gratia, ad eum iudicem dirigendas non inficiarer. Alios autem casus, in quibus omisso medio potest quis appellare, commemorat Fel. in c. super quæstionũ. §. porrò. de offic. deleg. in antiq. quos tamen moribus nostris scito nõ esse consentaneos: vt poteris ex institu. nostris amplius haurire.

Absenti & præsenti concessum, si præsens ratum nõ habeat, an solidum præsenti acquiratur

ABsenti & præsenti facta concessio, ex causa onerosa valet insolidum præsentis ipsius commodo: præsertim, si alterutrius intersit contrahentium: vt puta si mihi & Titio fundum emam, persona Titii pro superuacua accipienda est. Ideóque totius fundi emptio ad me pertinet. l. fundus ille. ff. de contrahend. emptio. quoniam emptoris interest rem solidam emi, ne quem nolit, cogatur socium accipere. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indeb. At si ex causa lucratiua fiat huiusmodi concessio, vires pro dimidia solius præsentis parte nanciscitur. l. si mihi & Titio. ff. de ver. ob. Si enim mihi & Titio stipuler decẽ, stipulatio, quod ad Titiũ pertinet, nullius est roboris: nõ tamen mihi pars Titii accrescit. Itaq; exaudiẽdum est eã stipulationẽ ex lucratiua causa fuisse interpositã: quanquã gl. ibi hãc discriminis rationẽ videlicet lucratiuáne an onerosa causa sit, nõ reddat, sed aliã: vt puta, quia in specie illius leg. fundus. promissoris interest venditionem fundi pro parte solũmodo consistere: quoniam pretii partem duntaxat reciperet, quod sibi totum velle numerari existimatur, Ego tamen potiùs in Alexandri sententiam iuerim: quia semper promissoris interest, siue ex lucratiua, siue ex onerosa causa promittat, promissionem pro parte intelligi vitiatam, sed

tam:sed magis interest stipulatoris, cùm ex causa onerosa stipulatur, stipulationem in sua persona, quæ in aliena nõ valeat, viribus subsistere: ne quẽ auersatur, sociũ cogatur habere. Verùm idẽ iuris esset, si interesset promissoris. Et quamuis Zaz. Vldar. in l. si mihi & Titio in contrariã sententiam citet l. vxorem. §. agri plagam. ff. de legat. iij. Lex certè illa non satis huc pertinere mihi videtur, cũ non de contractibus, sed de legatis loquatur: licet enim testator grauet hæredem vendere agri plagam, vel partem certam, id tamen legati loco, non contractus accipiendum est. Nam illud palàm est, in legatis iuri accrescendi locum esse. vt not. in l. re coniuncti. ff. de leg. iij. & in l. vnica. C. de caduc. tollend. Sinautem ius concessum sit indiuiduum, ius accrescendi in contractibus admittitur. Veluti, si proprium fundum vendam, & mihi vicinóque seruitutem recipiã, adiectio vicini superuacua habetur: ita vt tota seruitus ad me pertineat, cùm seruitutem nisi sibi posit excipere nemo: prætere non iure accrescendi, sed non decrescendi (vt aiunt) alteri acquiritur, per alterius repudiationem, aut defectum: vt puta, si ex duobus patronis alter mortuus est, ius patronatus alteri patrono non decrescit: imò integrum apud superstitem patronum remanet. l. communi

Quid interest inter ius accrescendi, & ius non decrescendi.

muni liberto.ff.de bon.liber. licet iuris patronatus commoditas diuidi possit. l. quædam.ff.famil.ercisc. Contra autem, si commoditas cessat in re indiuidua,nõ propterea quòd extinguatur,vt in specie modo proposita,per mortẽ alterius ex patronis, sed quia ope exceptionis repellatur alter patronus. veluti si quis cùm duorum patronorum cõmunis libertus diceretur, alterum ex patronis cum eo de iure patronatus contendentẽ vicerit, iureiurando fortaßis ipsi liberto prius delato, atque per eum suscepto, integrum ius patronatus non defertur alteri patrono:quoniam non ipso iure desinit patronus esse,sed ope exceptionis solummodo.l. si duo patroni.ff.de iureiurand. Itaque licet res sit indiuidua, si tamen commoditas diuidi queat, ius accrescendi non competit. Veluti, si duo fratres feudum acquisierint: quamuis feudum sit suapte natura indiuiduum, quia tamen eius commoda diuisionẽ recipiunt,si vnus ex iis fratribus decedat,nõ ad alterum superstitẽ defuncti portio transmittitur:sed ad dominum redit. vt ex Bald. in c.j. circa finem. de duob.fratrib. de nou. benef.inuest. Nec dissimili ratione, si vnus ex pluribus, quibus aquæ ducendæ seruitus competebat,non ducendo eam amiserit, nihil iuris eo nomine cæteris accrescit. Idque

Quid refert, an quis desinat ipso iure dominus esse, an exceptionis ope.

duntaxat commodum eius est, per cuius fundũ id iter aquæ non vtendo pro parte vnius amissum est, libertate enim seruitutis huius partis fruitur. l. viam. ff. quemadmod. seruit. amit. Illud autem huic dissidet, si pro me, & vxore, alióue, quem in potestate habeã, fundum comparem: ille verò ratam habere nolit venditionẽ, tota res empta efficitur mea. l. si absentis. C. si cert. peta. Quum enim quis pecuniam absentis, eius nomine fœnori dedit, nec absens id ratum habuit, actio ei qui dedit, competit ad pecuniam exigendam. Idq; nominatim tradit Bald. in authentic. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. & sequitur Paul. Castr. in d. l. si mihi & Titio. Verùm id lubentiùs existimarem ea ratione niti, quòd mea intersit alterũ, quàm eum pro quo emi, dari mihi socium. Quin & vsusfructus duobus in re quapiam constitutus, accrescit consorti, siue in consortis persona à principio non valuerit, siue post ius consorti quæsitum, ipse consors moriatur. l. j. §. vlti. ff. de vsufruct. accresc. Sed & si imperialis munificentiæ socius sine hærede decesserit, idem responsum est in l. vnica. C. si liber. imper. socius sine hære. decess. libr. x. Denique etsi mortis causa donatio magis cõtractui, quàm vltimæ voluntati accedit, glos. in l. ij. ff. de dot. præleg. in ea tamen ius ac-

cresc

crescendi vires obtinet. vt probat text. in l. vnica. C. de caduc. tollend.

Abrogatæ decisiones.

ABrogatas complureis iuris scripti, tum Ponticii, tum Cæsarei decisiones recenset D. Pet. Rebuff. in priore tomo commentar. quem in regias constitutiones edidit, in procemio eius tomi in gloss. ij. Quamobrẽ maximo & singulari beneficio, vniuersam Gallorum iuuentutẽ sibi obstrinxit. Itaque cùm ii commentarii in manus meas post has meditationes absolutas, & antequàm typis essent mandatæ, peruenissent, cẽsui hoc loci illud silentio non prætereundum, & publici eius egregii meriti hoc nomine illi nõ mediocrẽ habere gratiam. Quoniam ad eundem scopum hæ nostræ commentationes collimant potissimum: vt quæ vsu forensi explosa fuisse didicimus, de iis imprudentes commonefaciamus. Nam aliquot eorundem axiomatum, istic quæ ille commemorat, hîc iam præscripseramus. Alia autem his etiam inseruissemus, nisi quotidiano & perquam frugifero vsu eos commentarios viritim iam resciuissemus protritos.

Bonor

Bonorum differentia.

BOnorum etsi vnum genus duntaxat in paganis ius scriptum admittit, in militibus autẽ duplex, nempe castrensia, & paganica: vt probat text. in l. si certarum. in princip. ff. de milit. test. Tamen apud Gallos in his regionibus, quæ moribus reguntur, magis quàm iure scripto: bonorum duæ sunt species. Alia enim mobilia sunt: alia immobilia. Immobilium verò duplex est ratio. Nam aut nostra arte, vel opera nobis quæsita, vel gratuitò donata sunt: aut ab intestatò iure hæreditario delata. Atque pro statutorum varietate alibi aliter cõceditur, vel negatur alia in aliũ transferre. Sunt tamen in his statutis quædam non satis explicata, præsertim quod ad Pictonum statuta pertinet. Igitur ea dilucidiora hoc in loco, sicut & aliis nonullis, meditationibus hisce nostris efficere decreuimus. Itaque quantum ad id, quo de agitur, scrupus exoritur ex eorum statutorum. c. cc. iiij.[xx]. xviij. Nam ibi traditur bonorum mobilium appellatione cõprehẽdi nomina debitorum, & redituum annuorum reliquias.

Bonorum quotuplex apud Gallos & Romanos olim differentia.

Dubit

Donatio mobilium an nomina comprehendat.

Dubitatur ergo an donatio mobilium, nomina eorum, quæ donatori debita ſunt, complectatur. Quidam enim negant, quòd tertia rerum & bonorũ ſit ſpecies. Proinde inter mobilia & immobilia non adnumerentur: vt tradit. in l. à diuo Pio. §. ſuper rebus. ff. de re iudica. Idq́; maximè in ſtatutis, quæ à iure communi diſcrepant: vt ſcribit Lap. quæſtion. xcij. incipie. imprimis videndum. quòd etiam etiam iſtic producit ad nomina etiam genus continentia: quamuis id duriùs paulò videatur: quippe cùm actio iudicetur mobilis vel immobilis, pro rei conditione ad quam competit: vt not. gloſſ. & ibi Barto. in l. ij. C. ſi aduerſ. tranſact. & Ioann. Fab. in §. fuerat. inſt. de act. Quamuis alii aliter ſentiant. Nam id demum procedere aiunt, quũ neceſſe eſt actiones mobilibus vel immobilibus accedere. Vt puta, in ſtatuto, quo agnatis vel cognatis deferuntur omnia defuncti bona, nempe agnatis immobilia: cognatis autem mobilia: vt tradit Alcia. in l. mouentiũ. ff. de verbor. ſignificat. Cui ſanè opinioni adhæret D. Andr. Tiraq. in tract. retract. §. j. in gloſ. vij. nu. xvij. Et in hac quidem ſententia, nempe in donatione mobilium nomina non venire, ſunt Bartol. in d. l. mouentiũ. ff. de verbo. ſignifica. & Decius conſil. cccc. xiiij. in tertio conſil. volum. Alii verò contra affir

tra affirmant: nam cùm ſtatutum præclarè lo quatur mobilium ſignificationi nomina adſcribi, nihil intereſt, an donatione, an alio contractu mobilia cedantur, neque etiam vtrum à coniuge in coniugem, an ab alia in aliam perſonam transferatur: cuius quoque habendam nonulli cenſuerunt rationem. Cùm enim ſtatutum hoc loco viri & vxoris meminerit, non eſſe ad alias perſonas trahendum voluerunt, propterea quòd iuri cõ muni aduerſetur. l. quod verò. ff. de legib. Sed ſupremus Pariſ. Senatus, hanc poſteriorem comprobauit opinionem, areſto lato die xiiij. Maii. 1540. inter Bonaduenturam Bourrillaud nobilem, eiúſque vxorem appellantes à præfecto Pictonicæ regionis, eiúſue vicem gerente: & Baptiſtã Gbullard etiam nobilem, in appellationis iudicium ci tatum, ſeu intimatum. Nam cùm nobilis Ioã nes de L'herbergement Baptiſtæ illi omnia mobilia, quæq; mobilia cenſerentur donaſſet, vnà cum iis immobilibus, quæ donator acquiſiuerat, fuiſſetque ab aduerſariis eiuſdẽ Baptiſtæ interpellata poſſeſsio, interdictum vti poſsidetis aduerſus illos inſtituit, in quo non ſolùm mobilia, ſed etiam nomina eorũ, quæ donatori debita fuerãt, complexus eſt. Aduerſarii verò etſi aliis ex cauſis interdictum illud oppugnaſſent, addiderunt etiam, hac mobilium donatione, ea nomina non

contineri. Baptista autem victor euasit, & apud præfectum illum, & apud Senatum: cuius quidem aresto nomina nuncupatim cum mobilibus Baptistæ adiudicata fuerunt. Atque hoc vtinam in plerisque aliis eiusce curiæ iudiciis fuisset vsurpatum: vt scilicet id de quo princeps extitisset controuersia, nominatim designatum fuisset, ac decisum. Non adeò enim hodie diuexaremur aliis atque aliis & statutorum, & morum nostrorum, & iuris interpretationibus. Quamobrem statutum quod coniugum superstitem adstringit ad dimidiũ æris alieni dissoluendum, quasi ex eadem æquitatis ratione productum fuit eiusdem supremæ curiæ decretis pluribus ad alias personas: quæ quouis titulo mobilia omnia, aut quotam partem eorum accipiunt, vt pro rata parte ad debita illius personalia & mobilia soluenda teneantur. At hæsitatum est mobiliúmne appellatione, an immobiliũ comprehendantur reditus annui. Quidam enim assignant eos immobilibus, si alterutri speciei vel mobilium, vel immobilium sint attribuendi. Alii verò eos sentiunt mobilibus adscribi, si ad modicum tempus sint duraturi: immobilibus autem, si in longum tempus vel perpetuò debeantur: vt scribit Bald. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. Atque longum tempus decennium, perpetuum autem xxx.

Mobilia alicuius qui habet, æs illius alienũ an exsoluere cogatur.

Annui reditus an inter mobilia, an immobilia adnumerentur.

tem xxx. annos exiſtimant: vt tradit gloſſ. in l. ſi filiusfamil. C. de petit. hæredita. & text. in §. j. inſtitut. de perpet. & tempo. act. & D. Andr. Tiraquel. in ſupradict. tracta. retract. §. j. in gloſſ. 6. nume. 7. 8 & 9. Tamen cum ſtatuto Pictonum proditum ſit, mulierem ad mobilia, & perſonalia debita obligari perſoluenda: ſæpiſsimè à viris perdoctis vſus forenſis, & legum peritiſsimis iudicatum eſt, reditus annui à marito defuncto cõſtante matrimonio venditi, ſuperq; omnes ſuas facultates conſtituti, vxorem minimè teneri: licet ii reditus pecunia empti, ferè queant redimi, aut ex principis, aut ex ſupremi cuiuſcunque Senatus indulgentia, intra triginta annos à venditionis tempore computandos. Quin ſi cum re immobili reditus hi permutentur, locum habet ius retractus, tanquàm ſi pecunia, qua emptus eſt is reditus, data fuiſſet, pro re illa immobili: vt ſcribit Carol. Molin. in tracta. de feud. §. xxiij. nume. 54. Quamobrem iudicia illa, quibus mulier pronunciata eſt ab inferioribus iudicibus libera, à præſtatione illius annui reditus, pecunia venditi, videntur ad aliam accedere opinionem. Nempe Iacobi à Bello Viſu in authent. de non alien. reb. eccleſ. & Petr. de Ferrar. titu. forma libelli in act. reali. in verb. veris & legitimis: quem refert idem D. Tiraquel. in gloſ. 7. ſuprà cita. num. 16. Cen

Mulier an reditus annui a viro conſtante matrimonio venditi teneatur, poſt ſolutum coniugium.

16. Censent enim actiones inter mobilia & immobilia computari, prout fauor vel odiũ id suadet: atque odium à fauore semper vinci oportere, ídque quatenus secundum id, ad quod competũt, iudicantur. Aliàs suapte natura esse immobiles. Itaque cùm in hoc statuto versetur odium, nimirum vt mulier pro viro teneatur oneribus nominum personalium & mobilium, hic reditus annuus immobilium speciei assignatur. Ideóque mulier huius obligatione non est astricta. atque ita supremæ Paris. cur. aresto iudicatum est, die 15. Maii. 1534. Quod tamen intellige quantum ad hunc reditum post solutum matrimonium dependendum. Nam si reliquiæ ex tempore præteriti matrimonii debeantur, mulier non secus earũ tenebitur, ac aliorum nominum personalium & mobilium: cùm hæ reliquiæ semper mobiles & personales existimentur, vt tradit Bal. in c. j. col. vlti. titu. de pac. tenend. Alcia. in l. mouentium. sup. cita. & D. Tiraquel. in gloss. 6. § . j. nume. 10. Sed quamuis illo aresto, & sæpissimè ita iudicatum sit, complurium iudicum nostratium non vulgaris peritiæ & rei forensis & iuris ciuilis sententiis: nuper tamẽ accepimus, contrarium à suprema Paris. curia fuisse iudicatum. quod videtur mihi æquissimũ. Nam forsan mulier plurimum lucri ex ea pecunia nacta est, quia in prædiorũ emption

Reliquiæ pensionum pro mobilibus habentur

emptionem versa est, quorũ dimidiũ ex statuto Pictonum municipali, mulieris efficitur. Itaque existimarem, vbi is reditus, constante matrimonio, à viro frugi esset constitutus, & prædia nonulla siue postea, siue ante acquisiuisset, eodem connubio perseuerante, mulierem pro dimidia parte huius annui reditus à creditore rectè conueniri: nõ solùm pro pensionibus matrimonii tempore decursis, sed etiam pro sortis ipsius dimidia parte imposterum soluenda. Porrò mobilia plerunque ac regulariter sequuntur personam: vt tradit Bald. in l. mercatores. C. de commer. & merca. Proinde sicut sacris initiatus præhendi, & in carcerem detrudi ob æs alienum non potest, nisi specialiter, & expresśim in id sit obligatus: atque in sui pontificis, vel ecclesiastici iudicis carcere etiã adseruari debet: ita eius mobilia in causam iudicati, vel æris alieni capi nequeunt, ex constitutione quadam Philippi Pulchri. Tamen nuper rescriptis principalibus, quibus clericis sacerdotia poſsidentibus tributa, seu vt solito honoratiore titulo gratuita, vel charitatiua subsidia, vel decimæ vocantur, quotannis iudicantur, hæc adiici clausula consueuit, vt ad eorum tributorum pensitationem clerici & corporum, & mobilium præhensione compellantur. Sanè quantum ad mobilium publicationem, seu confisca-

Personam quo modo sequantur mobilia.

tionem pertinet, eatenus ſequuntur perſonam, quatenus mobilia clerici publicantur, ſeu confiſcantur epiſcopo, non autem patrono ſeu domino feudi illius, in quo ea reperiuntur: vt tradit Oldr. conſil. 17. Boer. in commentar. conſuet. Biturig. titu. de iuriſd. §. ij. & Chaſſa. titul. *des confiſca.* §. j. in gloſſ. *& appartient.* in commenta. conſuetud. Burgund. Verùm id de epiſcopo diœceſis, in qua ſunt mobilia, intelligendum eſt. Nam ad hunc mobilia deferuntur, non autem ad eũ, cuius in diœceſi clericus delinquens domiciliũ habebat, vel à quo ſacris initiatus erat. Quippe mobilia cenſentur eius eſſe territorii, in quo reperiuntur, vt ſcribit Bald. in c. j. in princ. de pac. tenend. vbi & tex. id nuncupatim probat, prout citat & aſſentitur Alexand. Imol. in conſi. 16. in primo volumine: licet idem Bald. in dicta l. mercatores aſſerat, mobilia ad eum pertinere, cuius in territorio delinquens commoratur: quem in hoc reprehendit ibidem Alexand. adducítque l. ex facto. ij. ff. de hæred. inſtit. qua confirmatur omnino Alexand. opinio. Actiones autem illic Alexand. exiſtimat loci eſſe illius, in quem nominum collata eſt ſolutio. l. quæro. ff. de ſolutio. vel concomitari creditoris perſonam, cui inhærent. Itaque eo loco in quo creditor degebat, eſſe attribuenda, ſecundum l. quis ergo caſus. ff. de pecul. & l. iij. ff.

Vtri epiſcopo clerici mobilia deferãtur, an ei qui ſacris initiauit, an ei, cuius in diœceſi reperiuntur.

iij.ff.pro ſocio.Nam ſi quis duo habeat domicilia,vnum ratione originis, alterum autẽ incolatus, & inſpici debeat perſona, attenditur incolatus domicilium, vt affirmat Bal. in l.ij.ff.de ſtatu homin. Ego autem ſecundum mores noſtros Galliæ arbitrarer,actiones creditoris domicilio aſcribẽdas: quamuis nominis ſolutio in aliam prouinciã eſſet deſtinata:quoniam moribus noſtris debitor in loco,in quem collata ſolutio eſt, non rectè conuenitur, ſed coram ſui domicilii iudice: quod quidem aduerſatur l.vnicæ. C. vbi conue.qui cert.lo.da.promiſ. Sed quod obſeruamus aliunde originem ducit:nempe ab eo,quod moribus noſtris, iuriſdictiones in patrimonio noſtro adnumerantur: adeò vt plebeiæ conditionis homo, vel caput intra iuriſdictionis noſtræ feudariæ commorans, certa quadam annua quantitate æſtimetur,pro meri, vel mixti imperii, vel iuriſdictionis gradu.vt no.ſtat.Picto.c.viij.ᵒ.x. in fin. Immobilia autem quarumque perſonarum ei applicantur, in cuius territorio ſunt ſita:vt latiùs diximus in inſtitu.noſtris forenſib.in ſcholiis.c.16.libr.iij.

Bona, quibus deferantur.

Bona alibi quã in regno

BOna ſanè eorum qui alibi, quàm in regno Franciæ nati ſunt,ad fiſcum eius feu

natorum quibus deferantur, itémque vacantia.

darii patroni, in cuius territorio vel reperiuntur, vel sita sunt, pertinent: si nullos consanguineos, vel hęredes reliquerit. vt statuto Picto. c. ij.[c]. xxix. proditum est. Atque ibidem supremę curiæ definitioni relictum est, vtri patrono deferantur, an ei qui maximũ imperium, an verò qui iurisdictionis infimã speciem in illo territorio obtineat. Nõ desunt tamen, qui bona alibi nati ad regis fiscũ pertinere semper asseuerent, nisi à principe sanctiori diplomate in regni indigenarum sortem sit ille cooptatus, & pecuniam ea de re statutam principis rationibus intulerit. Solent enim qui dispungendis fisci rationibus in forensi Basilica Lutetiæ præsunt, pecuniam arbitrari: quam is qui huiusmodi diploma impetrat, tenetur fisco exoluere. Quin & Rex ea bona non potest alteri donare, sed debent fisco applicari, vt nuper responsum fuit à summo Regis apud supremã Paris. curiam procuratore D. Brularto, cùm de donatione ageretur, quam Rex dudum contulit omnium obuentionũ, quæ ab hinc xxx. annis Regi, ipsiúsq; patri & antecessori acciderant in regione Pictonica. Et licet plerique affirment, nempe Petr. Rat in cõmentar. eiusdem c. statut. Picto. hos alibi natos non posse de bonis à se quæsitis, in regno sitis, in liberos proprios aliquid statuere, vel disponere: Tamen videntur ipsa statuti

tuti verba refragari, quæ ſunt huiuſmodi, *qui ne delaiſſent aucuns parens.* Sed & contra fuiſſe pronunciatum ſcio ab ea decuria, quæ diſpungendis publici Franciæ ærarii rationibus præeſt (quam computorum cameram nominant). Ea verò ſententia lata fuit die xxiiij. Nouembr. 1544. Qua comprobata fuit donatio quædam, à viro alibi nato in ſuã vxorem collata, remiſsáque fuit vxori manus iniectio, quæ in res viri, poſtulante regio procuratore, fuerat facta. Idem quoque in alterius donationis extraneo factæ ſpecie, à ſupremæ curiæ cauſidicis, vſus noſtratis peritiſsimis reſponſum fuiſſe nos non latet: neque enim gloſſ. in pragmat. ſanct. §. veruntamen. in verbo liberiùs, ait, quòd alibi natus non poſsit res à ſe comparatas in aliũ transferre. Sed tantum hæc ſi ſcholaris decedat in ſtudio ſine hærede, ſuccedit ei vniuerſitas. C. de hæredib. decur. l. j. cum ibi nota. lib. x. Sed fortè hoc non ſeruaretur in regno, vbi Rex bona vacantia occupat per aubanam.

Conductor quomodo à re conducta, in qua malè versatus est, expelli debeat.

***

COnductor, qui malè in re cõducta versatus est, vt puta qui frugiferas arbores, vel minimè cæduas exciderit, nisi causa prius cognita, & antecedente sententia administrationis perperã gestæ declaratiua, non potest expelli. c. j. §. denique. & ibi Bald. quæ fuit prima causa benef. amitt. Præterea exigitur, vt malus vsus in perpetuum substantiæ damnum cedat, non autem fructuum duntaxat. Itémque vt damnum illud sit immodicum & notabile: atque dolus, lata culpa, vel saltem leuis accesserit. Bald. in authentic. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. Commemorat & assentitur Alexand. Imol. consil. cxviij. in quinto volumine. Atque ita esse intelligendam l. æde. C. de locat. vsus noster forensis docuit: quo permulta, & fortè omnia, quæ priuatus quisque authoritate propria facere pot

re poterat, adhibita iudicis authoritate apud nos geri debent. atque ita in hac specie moribus nostris obseruari, tradit Domi. Rebuf. in commẽtar. constitu. regia. prioris tomi, char. 116. Proinde cùm finito locationis tempore in ædibus locatis maneret inquilinus, interpellatúsque nollet migrare, locator authoritate propria ædes ingressus est, atque inquilini mobilia à notario, testibus vtique præsentibus, descripta, foras in vicum exposuit. Inquilinus tanquàm de vi sibi facta comparatis indiciis, & habita quæstione, seu (vt dicunt) factis informationibus à iudice mandatum impetrauit, quo dies locatori constitueretur, ad quem per seipsum causam diceret, subticuit tamen cõditionis causam. Die constituta, vbi super delicti indiciis reus fuit interrogatus, actor mobilia ab ædibus illis ablata, atque exposita, in eum locum, vnde exportata erant, reponi, & sibi restitui, seu (vt vocant) redintegrari, postulauit. Reus autem iure se id fecisse, vt pote: quia impleto conductionis tempore à domo noluisset interpellatione antecedente discedere. Tamen victoria actori adiudicata est: à quo prouocauit reus. At postremũ iudicio conuentuum iuridicorum, Turoni primum actorum, ipse reus victus est. Quæ cũ frequẽter accidere posśint, fusiùs explicand

Quid item si expleto conductionis tẽpore nolit discedere.

cand

canda censuimus, ne in fraudem quis imposterum incidat. Verùm Guido Pape in decisio. Gratiano. quæst. iiij.ͨ. lxxx. ait locatorem, seu dominum posse hôstia domus, finito locationis tempore obserare, & claudere: & ita in ciuitate Grationopolitana obseruari. Tamen contrarium ait videri ex nota. in c. licet episcopus. de proba. in vj. & per Bal. in l. ij. C. si prop. public. pensita. At eundem Bald. assertorem superioris contrariæq; opinionis in c. de contro. int. do. & vasall. adducit, quod tamen ibi & in aliis titulis diligentiùs requisitum inuenire non potuimus, Sed moribus nostris congruentiùs est, vt sentẽtia huius iuris declaratiua interueniat. Sanè potest hac in specie, videlicet vbi expleto conductionis tempore conductor remanet in re conducta, post interpellationẽ, vt ab ea discedat, dominus retinendæ possessionis interdictum mouere: sicuti cùm inquilinus dominum ædes reficere volentem prohibet: & dominus testatur non se prohibere inquilinum, ne habitaret, sed ne possideret. Sed si inquilinus in specie nunc proposita huius interdicti, declararet, nullum & dominii, & possessionis ius sibi competere, sed tantummodo in conductione velle remanere: quòd verbis solis inter eum & dominum renouata sit: dominus autem id neget: is certè postulabit, vt interim res sequestr

Ratio excipiendi per conductorem aduersus interdictũ vti possidetis per dominum propositum.

questro commendetur, ne liceat huiusmodi commentis dominos ab inquilinis ædium suarum vsu submoueri. vt in simili nota. in l. Imperatores. ff. de appella. vbi si timeatur ne fructus ab aduersario auferantur, ii apud sequestrum deponuntur. Accedunt nota. in l. malè agitur. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. Nec verò vtimur l. si quis conductionis. C. de locat. sed interdicto retinẽdæ possessionis, vti diximus: quia pinguius est, & opportunius propter fiduciariæ possessionis (quã recredẽtiã nominamus) adiudicationẽ: quæ submota appellatione executioni mãdatur. Porrò si emphiteuta resistat domino volẽti possessionem rei emphiteuticæ ingredi, ob triennalem solutionis cessationem: vel etiã si nõ resistat, potest mouere retinendæ possessionis interdictum: vt tradit Specula. in titu. de emphiteut. numero lxix. & sequitur Ias. in l. ij. nu. cxiij. Tamen potiùs existimarem, vt dominus emphiteutæ protestaretur, se nolle emphiteutam ampliùs rem emphiteuticam possidere, sed eius dominium & possessionem velle cõdicere propter omissam solutionem: ideòque eum interpellare, vt de possessione rei illius decedat: quod si renuat, tũ emphiteuta, vel principis rescripto, vel iudicis mandato iubeatur re emphiteutica decedere, sineréque dominum ea vti fruíque, & fructus à tempore commissæ rei

emphit

emphiteuticæ perceptos, & lite pendente percipiendos restituere, nisi in emphiteutico contractu conuenerit, vt si emphiteuta per ttiennium soluere distulerit, derelinquat rẽ emphiteuticã: eámq; ex nunc prout ex tunc (sic enim loqui solent) emphiteuta ea conditione eueniente domini nomine se constituat possidere: nam ex ea clausula trãsfertur possessio: vt infrà dicemus. Quapropter non sequenda esset apud nos Iasonis opinio, quam in dicta l. ij. à numer. 110. vsque ad nume. 113. tradit, & tutatur multis tum rationibus, tum authoritatibus: nempe emphiteutam à domino posse propria authoritate, ob huiusmodi solutionis cessationem expelli. Cùm enim non possit colonũ iure apud nos recepto, dominus propria authoritate depellere: multominus emphiteutam dominus, quippe emphiteuta plus iuris, quàm colonus habet: vtile scilicet dominium, vt nota. in dicta l. ij. & l. j. C. de iure emphit. Sed vbi conductor conuentus, vt domum conductam deserat, ex eáque migret, asseruit, conductionis tempus sibi fuisse à domino prorogatum, atque hac de re iusiurandum domino deferre. Dominus autem interdictum retinendæ possessionis ob eam turbationem aduersus inquilinum intendit, petítque domum sequestrari: conductor verò excepisset, se nihil iuris in domus possess

possessione contendere, sed tantum tempus conductionis prorogatum: staréq; velle super hac re domini iuriiurando: iudex statuit, vt intra sex menses inquilinus migraret: alioqui eo tẽpore elapso domus sequestraretur. A quo inquilinus cùm prouocasset, summa Paris. Cur. malè iudicatum fuisse censuit, &, quod iniquum erat corrigens, pronunciauit, abs re institutum fuisse interdictum: ac statuit, vt dominus iusiurandum delatum subiret, vel referret. Idque pronunciauit die 23. Nouembris 1543.

Conductores vectigalium.

COnductores vectigalium publicorum, seu regiorum non possunt eodem iure, atque Rex ipse, in iis exigendis vti: scilicet debitorum prehensione, & in carcerem detrusione, nisi nominatim inter eos & debitores conuenerit: vt tradit Guido Pape in decis. Delphi. quæstion. ccviij. citátque l. Paulus respondit per procuratorẽ. ff. de acquirend. hæred. vbi ex personæ mutatione, rei quoque mutatur conditio. Licet pœnas seu mulctas ob ea non soluta, vel ob professionem mercium omissam debitas posint reposcere: vt probat text. in l. creditor. ff. de actio. emp. & Bald. in c. j. §. j. de cogni. feud. Sed qui mulctas iurisdictionum ordinariarum

Conductores vectigalium regiorum an poßint in exigendis vectigalibus eodẽ iure vti, quo rex.

rum redimunt(quos præposíturarum firmarios vulgò appellamus)nihil iuris sibi queũt in iis mulctis,vel pœnis vendicare,quas sceleratis infligunt iudices à principe specialiter delegati,ad animaduerttendum in flagitia quædam,in earum iurisdictionum territorio admissa:quin mulctæ illæ ad canonis regii coactorem,seu (vt appellant) regii domanii receptorem, qui in ea regione quæsturam agit, pertinent: vt hæc omnia præclarè edisserit Boer.in decisio.curiæ Burdegal.quæst. clxxx.

Contractus.

Ex contractu non transfertur possessio.

CONtractus sunt facti, ideóque ex his non transfertur possessio. In quam sententiam plerique citant l. consilio. ff.de curato.furios.& autho. laudant Bald. ibidem: qui licet scribat contractus esse facti, non tamen ait ex contractu non transferri possessionem. Sed & huic Proculi sententiæ alludere ea lex mihi videtur. At Bart. in l.prædia.ff.de acquirend. possess.& in l. ex stipulatione.ff.de acquirend.rer.domin. ἰρονικῶς id describit. Nam ex iis verbis,quæ ferè instrumentis inseruntur,vendidit,& tradidit, possessionem minimè transferri ait, sed solùm facultatem dari, rem venditam propria authoritate ingrediendi. Sed nec ex aliis verb

verbis, quæ nonulli adiiciunt, tribuitur possessio: nempe quod venditor rei venditæ emptorem possessorem facit, & constituit, instrumenti super ea venditione confecti traditione: nisi instrumentum, quo venditor rem antea acquisierit, præbeat emptori. Eius quippe instrumenti traditio possessionem transfert: vt probat text. in l. j. C. de donat. vel si venditor emptoris nomine se constituat possidere: vel precario, vt not. in l. quod meo. ff. de acquirend. possessio. vel si vsumfructũ venditor retineat, vt probat tex. in l. quisquis. C. de don. Quinimo nõ requiritur venditoris excussio, id est, vt vẽditor excutiatur, & cõueniatur ab emptore, priusquàm aduersus eum, qui postea ab eodem venditore rem habuit, emptor experiatur. veluti, si dotem restituere socer repromittat, soluto nurus matrimonio, atq; in eam rem omnes suas fortunas hypothecæ supponat, & res quasdam soli & immobiles nurus nomine ea de re se constituat possidere, & eas socer constante matrimonio alienet, nurus, eiúsue hæredes possunt aduersus illum, in quem eæ res alienatæ fuerunt, agere, vt dotem restituat, vel rebus obligatis cedat: quam actionem inde appellamus hypothecariam, vt probat. ex not. ab Alexand. Imol. in l. exitus. ff. de acquirend. possess. Ias. in §. item si quis in fraudem. instit. de actio. Sanè, si quis

donet præsentia & futura bona, constituàtque se ea donatarii nomine possidere, ex hac clausula bonorum post donationẽ quæsitorum, non transfertur possessio: vt scribit Bald. in rubr. C. de contrahend. emptio. in quęst. xxj. per tex. in l. actione. §. si post. ff. pro socio. & refert Boer. in decisio. Burdeg. quæst. ij. cc. iiij. numer. 38. Tametsi verò Bal. in loco suprà citato asserat text. in dicta l. actione. §. si post. esse in eam sentẽtiam vnicum, & singularem, huic tamen adludere nullatenus mihi videtur. Sed aliis rationibus id mihi probaretur, tum quòd ea quæ sunt quærenda incerta sunt. Porrò clausula constituti, ex qua quis incerta se constituit possidere, nullius est momenti: vt tradit Bar. in l. iij. §. incertam. ff. de acquir. possess. Adeò, vt si donem quicquid in tali fundo habeam, & donatarii nomine constituã me possidere, huiusmodi clausula cõstituti inutilis est. vt scribit Angel. in l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei vendic. Tũ quòd vt huiusmodi clausula vires habeat, oportet eum qui se constituit possidere, eo tempore præsertim rem possidere. vt probat tex. in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquirend. possess. vbi Angel. & Alexand. Imol. eum qui ex vi huiusce clausulæ agit, admonent, vt probet illum, à quo causam habuit, tum rem possedisse. Cùm tamen illud ex facto incidisset: nempe

nempe quod idem rem eandem duobus vendidisset, ac in priori venditione emptoris nomine se constituisset possidere, insuperq; ab emptore rem conduxisset, & secundus emptor re ipsa annum, & eo ampliùs liberè possedisset: prior emptor rem vendicauit à secundo: reus autem se priùs possessionem veram nactum esse cõtendit: ideóque illam fictæ possessioni esse præferendam, séque priore emptore esse iure potiorẽ. secundũ l. quotiens. C. de rei vendica. iudex litem in suum misit consilium, mox verò licet prior emptor venditorem tum, cùm venderet, constitueret possidere, & se fuisse possessorem non probauisset, neque reus id fuisset confessus (excipiendo enim non videbatur actoris intentionem fateri) iudex tamen pro actore sententiam tulit. A qua non consului appellandum, ne nouitas eiusce opinionis in periculum forte appellantem detruderet. Scio etenim permultis has iuris vias minus tritas non placere, sed solum vulgaria & vsitata iuris axiomata. Contra tamen vsus apud nos inualuit, nimirum, vt si quis res à se quæsitas & quærendas donet, donatariíque nomine eas se constituat possidere, in donatarium & dominium & possessio rerum etiam quærendarum, transit. Nam statuto Picto. c. ij. c. ix. proditum est, recta via bonorum defuncti possessionem transmitti:

nisi donatione inter viuos donauerit & superstite donatore donatarius rerum donatarum possessionem nactus fuerit, aut donator se donatarii nomine constituerit possidere, aut vsumfructum sibi retinuerit. Sed hæ fictæ possessionis translationes, locum in donationibus habent, quæ reuocari possunt, vt in donationibus inter virum & vxorem, & inter patrem & filium, in patris potestate constitutũ. Verùm si coniunx coniugi mobilia, & res soli constante matrimonio quæsitas, donauerit, earum rerum transfertur etiam possessio. Neque statutum adiicit, vt eæ possessionis trãsmissoriæ clausulæ inserantur. At de rebus in futurum quærendis, ibi ne vllum quidem verbum. Quapropter multò præstat huic constituti possessorii clausulæ retentio vsusfructus: nempe nõ solùm præsentium, sed etiam futurarum rerum omnium (quæ donari aliàs non prohibentur) transfert possessionem. vt probat tex. in l. si quis argentum. §. pen. C. de dona.

Constitutio.

CONstitutio ad futura negotia, non ad præterita trahi debet. Neque enim iure eos, qui illis freti ita contraxerint, quisquam in crimen vocauerit, quod non futurum præuiderint, omnibúsque modis diffident

dentes ei, quod extabat, quódque publicè in vsu habebatur: nondum natum formidauerint. text. in authent. de his qui nupt. iter. in princ. Quam sanè rationem duximus hîc inserendam: quia licet triuialis sit theoria inde sumpta, alibi tamen ita disertè, elegantérque huius theoriæ rationem non memini esse proditam.

Consuetudo.

CONsuetudo vicinæ regionis in litibus dirimendis, quæ super rerum clientelarium, vel feudalium iure oriuntur, inspicienda est. c. j. c. Iola. & c. de iis. xij. dist. & c. ex parte compost. de censi. in antiq.

Consentire alienationi.

Consentire alienationi an prohibetur, qui alienare vetatur.

COnsentire alienationi non prohibetur, qui alienare vetatur: dummodo fraus non interueniat. l. si pater. §. libertis. ff. de manu. vindict. Minor enim xxv. annis dominus, nec seruum communem quidem sine consilio rectè manumittit. Sed pignori obligatum sibi, manumitti potest pati: quia non tam manumittere is, quàm non impedire manumittentem intelligitur: ídque affirmat Barto. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. ij. Proinde cùm mulier vidua vnà cum filio suo

Filius minor xxv. annis cũ matre xxv. annis maiore vendens prædium ad matrem solã pertinẽs sine decreto an possit restitui.

primogenito, & viri defuncti, villam quæ ad mulierem pertinebat, vendidisset, mulier, eiúsque filius, rescriptum à principe impetrarunt, quo aduersus eam venditionem restituerentur. Illa quidem propterea quòd supra dimidiam iusti pretii ea venditione læsa fuisset: filius autem quia minor rem immobilem sine decreto alienasset. Reus autem excipiebat, quantum ad mulierem spectabat, minimè eam fuisse circunuentam, & villam iusto pretio venisse. Quod verò filiũ respiciebat, eum non iure queri: cùm villa ad eum nullo modo pertineret. ideo rem ipsius non fuisse distractam. Igitur decretũ haud fuisse necessarium. Replicabat autem filius vnà cum matre, villam distraxisse, ac euictionis nexu esse obligatum, saltem pro virili, secundum l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. Reus duplicationis loco dicebat, minori illam euictionis obligationem se remittere, vt illi omnem queritãdi ansam auferret. Inficialiter igitur & iuridicialiter lis constituta est. Deinde litigantes ad arbitratores iuerunt, qui adhuc litẽ non difinierunt. Ego quidem reum fuisse iure superiorem arbitror, quod ad minorem spectaret: Siquidem cùm nullum ius ipsi in villa competeret, non potuit ea venditione lædi: nec tam vendidisse, quàm vendentem nõn impediuisse censetur: præsertim quòd ab euictionis oner

nis onere liberum fore reus promitteret. Theoriam verò hanc ad aliud argumentum traducit Decius in consil.ciiij. quod ibi poteris requirere.

Cedens iura, & actiones.

CEdens iura & actiones, ea contra se non præsumitur cedere. vt tradit gloss. in l. emptor.ff.de hæred.vel act.vend.Bald. in l. ij.C.an ser.ex suo fact.& Alexand.in consil. ij.c.xciij.in secundo volum. Sanè cui cessum est ius, is omnia per seipsum potest, quæ cedens. l.si optio.ff.de opt. lega. Quin & si tanquam cedentis procurator, eiúsque nomine agat, iuri suo nequaquam obest vt tradit Bartol.& Paul.Castr. in l.qui stipendia. C.de procuratorib.

Cedens actionem non præsumitur contra se cedere.

Cedens quæ potest, ea omnia potest, is cui cessio facta fuit.

Cessum habẽs ius, nomine cedentis agendo, sibi non officit.

Consuetudo regionis.

COnsuetudo regionis eius, in qua prædiũ clientelarium vel feudarium situm est, inspicitur: non autem eius loci, à quo clientela, vel feudum ducit originem: quantum ad iurium, seu vectigaliũ clientelariorũ pensitationem spectat. Veluti eius vectigalis, vel iuris, quod dominus clientis morte percipit, quódque vulgò reachatum nominant. Id autem est ius, quo fructus omnes, qui per

Vtrius loci cõsuetudo inspiciatur, an loci in quo prædiũ clientelariũ situm est, an regionis: à qua clientela, vel feudum sumit originem.

annum totum à tempore mortis clientis cõputandum, ex prędio clientelario obueniũt, domino licet percipere. atque ita supremæ Paris. curiæ iudicio definitum est. Itaque Carol. Molin. in commentar. in consuetud. vrbis Paris. in tracta. de *matiere feodale.* §. xxij. in 20. quæstio. nu. 86. asserit rei vel loci seruientis statutum, seu cõsuetudinem attendi: quamuis Ioan. Fab. in l. j. C. de summa trini. censeat, eius loci, vnde dimanat clientelæ origo, consuetudinem seruari oportere. Sed curiæ illius iudicium fulcit text. in clement. j. de rescript. Nam de iis rebus quæ sunt iuris alicuius accessionis, ad primarium aliquod sacerdotium, vt puta prioratus, vel membri cuiusdam ab abbatia, aut episcopatu pendentis, agitur in loco, in quo res illæ sunt positæ, vt probat tex. in clementin. j. de rescript. Hanc ex facto tractatam quæstio. accuratè & eleganter disputat Petr. Rat in commentar. consuet. Picto. tit. *des retraictz.* c. ij^c. lx. sed non palàm dissoluit, subobscurè tamen in sententiam nostræ contrariam videtur propensior, vt pote quam postremo loco subiiciat. Nos tamen à sententia nostra diduci non possumus.

Cedens.

Quid refert inter cessionẽ

CEdens mutandi iudicii causa, ab eo differt, qui potentiori cedit: quòd prior expensis

pensis tantũ litis aduersario sarciendis mulctatur, actàque iudicii fiunt irrita. Posterior verò actionis iactura, vnà cum earum expensarum damno plectitur. l. j. & l. vlti. C. ne lic. potest. & ff. de alie. iud. mut. caus. fact. l. non solùm. & l. cum militibus. Sed & regiis constitutionibus Caroli hoc nomine quinti Gallorum Regis in populi, plebísque id est, triũ ordinum, seu statuum comitiis editis vetitum est, ne quis in potentiorem vllas actiones transferat: vel in eum, qui munus publicum à Rege, vel Regina collatũ obtinet, vel forum ex priuilegio apud academiarum seu vniuersitatum iuridicos seu conseruatores regios: vel apud libellorum præfectos, qui in basilica Parisiensi consident, sortiuntur. Itaque moribus nostris receptum est, núllũ censeri potentiorem, nisi eum qui munera huiusmodi publica gerit, vel qui priuilegio fori vtitur, litiúmque ad se pertinentium iudicẽ proprium habet. Veluti scholastici celebris alicuius academiæ, vel (vt dicunt) vniuersitatis, atque ii qui lites ad se spectantes libellis præfector. qui in Paris. Basilica consident, iurisdictioni attributas sibi vendicant. De quibus multa in forens. nostrarum institut. libr. j. perscripsimus. Porrò illud adnotandum est, licere quascunque actiones, vel res aliis cedere, nec eum, aduersus quem cessa agitur actione, posse à iudicio aduersa-

iudicij mutandi causa factam, & eam quæ facta est potentiori: & quis moribus nostris censeatur potẽtior.

rium depellere: quamuis tantundem offerat, quanti cōstitit illi cessio: cui quidē aduersatur l. per diuersas. & l. ab Anastasio. C. manda. Proinde eiusmodi leges, apud nos sunt antiquatæ, nécnon eæ, quæ rei litigiosæ prohibent alienationem. Nam rei litigiosæ vitium remittere princeps suis solet rescriptis, quæ ad ius rescribuntur. Hæc literas regias iustitiæ appellamus, prout latiùs libr. j. institut. nostrarum est explicatum.

Cedens.

Cedi an possit quod iure speciali cōpetit.

CEdens quod iure speciali etiā habebat, is cui res cessa est, id petere potest. l. Herennius. ff. de vsufruct. & quod per cedentis posset personam, illud per seipsum potest: vt probat text. in l. si optio. ff. de opt. legat. Sanè proprio nomine, quàm cesso quis potiùs agere præsumitur. Paul. castr. in. l. qui stipendia. C. de procur. Nec verò cedi possunt annui reditus reliquiæ, nisi vnà cum ipso ipsius annui reditus iure, vt tradit Ioan. Gall. in quæstio. lvij. in 3. notab. Quod probat text. in l. j. C. de iudic. Tamen id est accipiendum, ad declinandam iudicis ordinarii notionem, vt hæc cessio nullius sit momenti, & ad litis cognitionem iudici proprio eius, cui cessio facta est, tribuendam. Idque fauore magis tutandæ iurisdictionis

Proprio nomine, quàm cesso quis agere potiùs præsumitur.

 ordin

ordinariȩ,quàm,vt tollatur eas reliquias cedendi facultas. Cùm enim liceat totum cedere,igitur & partem, vt in ſimili ſpecie tractat Iaſon in l.ab emptione.ff.de pac. Proin de pleriſque viſum eſt, ſi ius domino competens, vt authoritate clientelaria, ſiue (vt aiunt)retentione feudali, poſsit rem clientelæ vel feudo obnoxiam, precio venditionis oblato,recuperare: aut laudimia (id eſt, quandam precii partē) condicere, cedatur: ob vnam rem venditam, viribus ceſsionem illam carere, niſi clientela tota, ſeu feudum omnino cedatur. Nam ſtat. Picto.c.xxxiiij. proditum eſt, qui ius habet ſuæ clientelæ mancipatos cogendi,vt alibi præterquam in ipſius molendino frumenta non molant, non poteſt id iuris alteri cedere:niſi totum feudum cedat. Quippe ad id iuris exercendum, requiritur, vt qui huic ſunt obnoxii conditioni,ſub clientela illius,cui ſunt ſubditi,agant. Tamen contrarium ſupremæ Pariſ. cur. iudicio fuiſſe ſtatutum ſcio. Vbi mater in filium ſcholaſticum,ſtudii fouendi gratia , ius ſibi competens ad rem quandam authoritate clientelaria vendicandam, vel expoſcenda venditionis laudimia, tranſtuliſſet:atque filium ad rem in ſe tranſcribendam fuiſſe admiſſum. Conſimili ratione fuiſſe ab eadem curia iudicatum, multis palàm eſt, clientelarium dominum ius huiuſmodi

Ius recuperādi fundi authoritate clientelari, ſeu iure feudali ſolū, an poſsit patronus, vel dominus alteri tranſferre abſque feudo.

modi posse transferre in eum, qui certa mercede clientelarios fructus conduxit fruendos. Imò cum clientelæ, vel feudi vniuersitate in huiusmodi colonum illa iura transire. argumen. c. ex literis. de iure patronat. in antiq. Quanquam ab eo dissidet Carolus Molin. in tract. *de matiere feodale.* §. j. in glo. j. nume. 17. vbi ait, in colonum hoc ius manus iniectionis, vel inuestituræ, vel renouationis non transire, fructus autem & obuentiones his iuribus accedentes, in colonum transferri, vt puta laudimiorum vel releuiorum, seu (vt dicimus) reachatuũ perceptionem, quin ipse in eodem tractatu. §. xiij. in gloss. j. super verbo, *le seigneur feodal.* nume. xxij. hanc vulgarem scribentium opinionẽ asserit esse: nempe ius dominicum, sine patronatu & feudo cedi non posse. Quod tamen posteà restringit eodem loco num. 25. nimirum, vt id solum de perpetua iuris dominici cessione intelligatur. Veluti cùm ius vel authoritas prehensionis ceditur. Secus autem si transferatur vnicum & momentaneum iuris dominici emolumentum, & effectus: quale est ius retinendi pro pretio semel, & pro vna vice. In quo quidem speciei à Parisi. curia iudicatæ (de qua modò diximus) assentitur. Sed & idem in eodem tract. §. 30. nume. 34. affirmat ius reuocandi feudum commissum, posse à domino cedi: per

l. vlt.

leg. vltimam. C. de hæreditatib. vel action. vendit.

Causæ.

CAusæ duæ vbi concurrunt, alteráque alteri subiicitur, seu subordinatur: quod ex illis proficiscitur, id omne causæ attribuitur priori. lege, Martius, ff. locati. Cùm enim Martius domum faciendam à Flacco conduxisset, deinde operis parte effecta, terræ motu concussum fuisset ædificium: quoniã naturali vi, veluti terræ motu, id acciderat, Flacci fuit periculum. Prior nempe causa hac in specie est, quod opus cui certa forma dicta est faciendo, non prius dicitur factum, quàm fuerit perfectum. l. si is, qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. Falc. Itaque si pars operis iã facta ruerit, non censetur opus factũ: hæc enim posterior causa est, quæ priori adnascitur. Proinde hæc posterior causa attribuitur priori, nempe vt priori inseruiat. Et quia factũ opus nõ est ex integro, quæ primaria causa est, ratio non habetur posterioris: nimirum quòd pars operis antequàm rueret, facta fuisset. Ex quo Boer. in decis. Parla. Burde. quęst. iij. c. xxiij. ducit illud, nimirum si vulnus & mors habent se vt causa, & effectus, quia in ea corporis parte vulneratus est, vt multos post dies

Causa prior attendenda.

Quando dicatur opus perfectum.

Vulnus, & mors quando vt causa, & effectus se habent.

deliq

deliquium animi passus sit, & postea vita excesserit: is qui vulnerauit occisionis supplicio tenebitur: citátque Bald. ita respondisse in consil. cv. text. est in l. huic scripturæ. §. j. ff. ad leg. Aquil. quem ad hoc citat Bald. in l. ea quæ. C. de condict. indeb. Eodem pertinet vbi concurrunt duæ causæ altera naturalis, altera accidentalis, præualet naturalis. Nam si pupillus demens sit propter ætatem, ei tutor datur non etiam curator, cùm alioqui furioso dari debeat curator: magis enim ætati, quàm dementiæ tantisper est consulendum. l. qui habent. ff. de tutel.

Causa naturalis potior accidentali.

Collationis exceptio.

Collationis non factæ exceptio an vlteriorẽ litis progressum moretur.

COllationis non factæ exceptio, litis contestationem, vlteriorémque iudicii prægressum impedit. text. in l. si filiæ. & ibi Ias. C. de coll. Sanè fructus rei donatæ, quæ cõferri debet, si extent, vnà cum re ipsa in collationem veniunt. Quod si consumpti fuerunt, collationi minimè subiiciuntur, vt tradit Fulgo. & Ias. in l. vlti. C. de colla. Idque æquitatis habet plurimùm. Nam si pater doti prædium det filiæ, cuius fructus multo tempore, superstite patre perceperit, ex iisque seipsum, vxorem, liberos exhibuerit, & alueritt: iniquissimum profectò esset, eos fructus consumptos conferri à genero. Cùm enim

Rei collationi obnoxiæ, an fructus sint conferendi.

enim oneribus matrimonii sustinendis, hi fructus sint destinati. l. pro oneribus. C. de iure dot. cur si in eam rem sunt versi, restitui eos oporteat? Deinde testator id cauere nō potest, vt si qua liberis primi gradus ea lege reliquerit, vt ea debeant in diem, aut euentum conditionis restituere, eorum fructus, quos liberi perceperint, in quartam imputent: sicut respond. Roma. consil. ij. c. xxxix. citátque l. iubemus. C. ad Trebellian. Sed ad nepotes, alióśque vlterioris gradus non est producendum: vt probat text. in dicta l. iubemus. §. vlti. Scio tamen à iudice quodā non mediocris existimationis fuisse contra iudicatum. Hac autem nitebatur ratione, iniquitatis plurimùm existere, si filia quæ multis annis ante patris mortē nupserit, & prædia magni reditus annui in dotē à patre acceperit, fructus ex iis prędiis perceptos minimè conferat, qui si apud patrem permansissent, hæreditatem auxissent permultum. Altera verò filia, quæ ante patris obitum exiguo tempore nupsit, aut nondum à patre nuptui, cùm ipse moreretur, elocata est, nullos fructus ex hæreditate paterna, vel paucos consequatur. Porrò, si pater quædam in eadem scriptura filiæ donauerit, filio autem cætera bona contulerit, eritnè collationi locus? esse quidem non videtur. Nam si intestatò moriens codicillis prædia sua omnia

Patrimonij diuisio an tollat collationem.

& pat

& patrimonium inter liberos diuisit, ita vt longè ampliùs filio, quàm filiæ relinqueret: si nihil indiuisum pater reliquit, dotis cessat collatio. l. ex parte. §. intestato. ff. famil. herciscund. Alii autem contrà existimant in hac specie: quippe cùm textus in dicto §. intestato. in vltima voluntate expresſim loquatur: vt ex his verbis (*moriens codicillis*) constat. Quæ autem testamento relinquuntur, explorati iuris est, ea non esse collationi obnoxia. vt not. scrib. in authent. ex testamento. C. de colla. & probat text. in l. si donatione. C. eodem titul. Itaque magis inspiciendum est an codicillis sint relicta, quàm quod pater amplius filio, quã filiæ relinquẽdo, censeatur dotis collationem prohibere.

Patrimonij distributio potius vltima voluntas est, quàm donatio.

Deinde diuisio patrimonii à patre inter liberos facta, vltimam potiùs sapit voluntatẽ, quàm donationem. l. si filia. §. si pater. ff. famil. herciscun. Tum in dubio non cessat collatio rei donatæ à patre ipsi filio emancipato, nisi expresſim pater vetuerit, vt probat text. in §. illud. in authentic. de trient. & semiss. collat. iij. Atque secundum hanc posteriorem opinionem in iuridicis conuentibus Audegaui habitis pronunciatum est aduersus sententiam Rupellæ dictam. Sed si filiofamil. in patris potestate constituto, donet pater, collatio recusatur non perperam. Hæc enim donatio cùm non confirmetur

metur, nisi patris morte, aut filii emancipatione, in testamento relicti vires habet, vt not. in authent. ex testamento. & in l. illud. C. de colla. & in l. filium. C. famil. erciscun. Sanè, si filiusfamil. cum ita donatum esset, sororem vrgere vellet, ad dotis collationẽ: æquabilitatis inter eos tuendæ causa, res donatas filius teneretur conferre, vt probat textus in dicta l. illud. Quamobrem solet in huiusmodi donationibus hæc clausula adiici: vt donatarius conferre donata non teneatur, & nihilominus suos cohæredes ad collationem compellere posset eorum, quæ in illos erunt collatæ à patre, vel matre.

Conditio.

Conditio per æquipollens quando possit impleri.

Conditionis appositæ vbi effectus tantũ inspicitur, per æquipollens ea potest impleri. l. si mater. & ibi Bald. C. de institut. & substitut. Nam si mater filium hac conditione hæredem instituat, si mortuus pater fuerit: cum ea diem obierit extremum, si ante matris mortem pater deportatus fuerit, vel aliter patria filius potestate liberatus, valet institutio: vt pote cuius conditio euenerit. Proinde Alexand. Imol. consi. cxvij. in tertio volum. char. 102. respondit, quum quis intra diem constitutam, ab interpellationis tempore numerandam, admittere teneretur ad

tur ad redimendum rem quampiam: diem esse computandam à mortis eius tempore, qui interpellare debebat: quoniã mors eius, qui interpellare debebat, pro interpellatione haberetur: quippe cùm tempus in promissoris voluntatem confertur, ab ipsius mortis die cedit: quia tunc velle videatur. l. centesimis. §. vlti. ff. de verbo. obliga. l. post dotem. ff. soluto matrimonio. & Bartol. in l. ita stipulatus. ff. de verbo. oblig. Quamuis alioqui conditio in forma sua expresſim & disertè debeat impleri & explicari. l. Iulianus. j. ff. de condi. & demonstr. Veluti, si cui sub conditione, si hæredi decem daret, legatus esset fundus, legatarius non censeretur conditionem implere, si decem, quæ hæres sibi debet, ipsi remitteret: licet aliàs idem esse remisſionis, & donationis effectus primo intuitu videretur. Hanc tamen arbitror esse discriminis rationem, propterea quòd non liqueret forsan de hoc nomine, cuius remisſionem offert legatarius: & si de eo planè cõstaret, posset forsan hæres eius solutionem aliqua ex causa recusare. An fortasſis quòd datio plus commodi sit allatura hæredi, quã remisſio: Vbi scilicet hæres grauiore quadã pœna pecuniam tum deberet: itaque posset illa pecunia præsenti ea se pœna liberare. Ea autem quantitate remissa id vtilitatis non cõsequeretur. Quocirca idem effectus ex remisſion

missione, atque ex ipsa præsenti datione re ipsa non succederet. Eiusdem quoque est notæ, quod conditio, si is hæredi dederit, in ipsius persona explicari debet, nec ei, cui hæres restituere tenetur hæreditatem, dare sufficit: quamuis hæres & fideicõmissarius pari iure censeri videantur: tamen inter eos hoc re ipsa interest, quod ad rem plurimum pertinet: nempe cùm hæreditas ex Trebellia. senatusconsul. restituenda est, non debet ex causa fideicommissi illud hæres restituere, quod sibi implendæ solutionis causa datum est. l. qui hæredi. §. cùm hæreditas. ff. de condition. & demonstra. Diligenter igitur est animaduertendum, vtrum ex conditione per æquipollens impleta idem sequatur effectus, ac si in forma propria sit explicata: aut si æquiualens eiusdem sit rationis, vt pulchrè disseruit Zazius in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. obligat. vbi in illam sententiam citat §. illum Augerius. Nam si quis promiserit quicquid Titium debere constitisset, nisi in vita Titii constiterit, non tenebitur promissor. quo in confirmando duas affert rationes, cur non æquipolleat, constare in vita promissoris de ipso debito, atque si eo defuncto debitum liquidum fiat. An scilicet, quòd non ita de debito liquere potest mortuo debitore, vt eo superstite: cùm hæres, quæ defunctus gesſit, posſit probabiliter

Conditio an post mortem illius, cui adscripta est, posſit explicari.

Cur conditio liquidandi debiti morte finiatur.

biliter ignorare. institut. de vsucap. §. rectè. Itaque posset debitor ipse certius & melius exceptiones sibi competentes obiicere, quã eius hæres? An verò quia fraudem moliri videtur creditor, qui cum viuente debitore posset debitum ad liquidum deducere, id post debitoris mortem distulit? Affértque in argu. Zaz. l. fraus. ff. de legib. Ex quo sententiam valde egregiam ipse colligit, nimirum, vt si viuentem debitorem creditor super debiti liquidatione in ius vocasset, & debitor lite pendente vita defungeretur, posteáque de debito constaret, tunc promissorem eo nomine teneri: cùm nihil culpæ creditori possit imputari, quod vt acutè inuentum, ita æquitate nixum maxima, mihi placet admodum: sicuti & illud, quod ad abundantiorem cautelam subiicit: posse creditorem in ius suum restitui ex ea clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, sed id moribus nostris Galliæ esset à principe impetrandum, & sacræ anchorę loco adhibendũ censerem. His autem affine est, conditionẽ, quæ est potestatis, id est, quæ in contrahentis, vel eius, cui ex ea acquiritur potestatem confertur, ad hæredem non transmitti, si in contractu, vel testamento ea conditio sit adiecta, vt puta decem mihi promittis, si Pictauium profectus fuero. Ego autem cùm Pictauium nondum me cõtulissem, morior: hæres

Impedimentũ vel detrectatio liquidationis pro liquidatione habetur.

Conditio ex potestate hominis pendens ad hæredem non transmittitur.

hæres meus hanc implet conditionem, atq; decem petit, non est audiendus. text. in l. si decem cùm petiero. ff. de verbor. obligatio. & in l. à testatore. ff. de conditionib. & demonstrat. Si enim grauatus sit hæres Titio hæreditatem restituere, si ei decem dederit. Titius autem decem non numeratis decedat, eius hæres non potest hanc conditionem implere. At si conditio in casu, vel euẽtu versetur, veluti si nauis ex Asia venerit, si Rex Galliæ vicerit: atque in testamento, vel alia suprema voluntate hæc inseratur conditio: vt si testator leget fiundum Titio, si nauis ex Asia huc appulerit, huiusmodi conditio ad hæredes non transit. Proinde si testator ante conditionis euentum moriatur, legatum extinguitur. l. vnica. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollend. Sinautem contractui hæc conditio apponatur, ad hæredem transfunditur, vt nota. in §. ex conditionali. institut. de verbo. obliga. Quippe hæc conditio casu vel fortuna impletur: Ideo non refert, an per hæredem, an per alium quemcunque impleatur, vt tradit Ias. in dicta l. si decem cum petiero. num. 12.

Quid in conditione in casu fortuito sita, si in testamento adijciatur.

Quid si in cõtractu.

Interdum autem conditio illa, quæ in potestate existit, competit hæredi: nempe cùm in resoluendo contractu ea impletur, vt puta, fundum tibi hac conditione vendidi, vt quandocunque precium tibi reddidero, eũ

Conditio in potestate sita, & ad resoluẽdum contractũ pertinens ad hæredem trãsmittitur.

mihi tenearis restituere : quamuis non tibi pretium exoluerim, hæres tamen meus id reddendo, fundum redimere potest. l. ij. C. de pact. inter empt. & vend. appos. Cur autem id sit statutum tam variè Zaz. in dicta l. si decem. aperit: nimirum contractus & distractus relatiuorum vim sortiuntur, vel contrariorum. Itaque quod in vno dispositum est, in altero debet obseruari. At hæres ex eo venditionis contractu tenetur, videlicet pati, vt res sit vendita: meritò in distractu, vel resolutione debet comprehendi. Verũ Bartol. in dicta l. si decem. alteram affert rationem: quia contrahẽtium vtrique aliquid adest, & emolumenti nonnihil vterque percipit. Itaque non tam personæ cui impleri debeat conditio, vel quæ eam impleat, quàm commodi vtrique acquirendi ratio habetur. At in altera specie, vni duntaxat emolumentum quæritur, igitur eius persona tantummodo inspicitur, neque receditur ab ea. Nõ tamen Bartol. ita copiosè exequitur, vti Ias. quem in hoc sequi idcirco maluimus. Nobis autem vtraque probatur ratio: licet Ias. nonnihil adducat, quod hanc posteriorem rationem eleuare videtur: quippe cùm nihil emolumenti hac specie deferri ad emptorem edisserat: imò potiùs damni, quoniam rem sibi venditam, quam fortasſis malit retinere, cogatur restituere, accepto vtiq; quod

Ratio theoriæ huius.

Ratio altera.

numer

numerauerat, pretio. Verũ fingi emptor nõ poteſt omnis emolumenti expers: fructus enim rei emptæ, quandiu penes eum reſidet, ſuos facit: vt probat text. in dicta l. ij. C. de pact. inter empt. & vend. atque his adſtipulatur text. in l. epiſtola. §. j. ff. de pact. quẽ ad hoc citat Iaſ. in dicta l. ſi decem. Nam pacto inter debitorem & emptorem fundi cõfecto, vt habita fructuum compenſatione, ſolutóque eo, quod reliquum debetur, fundus debitori reſtitueretur, hæres præſtare fidem debet: quandoquidem ad vtrumque emolumenti aliquid pertinet. Alter verò locus eſt, vbi conditionis, quæ poteſtatis eſt, implendæ facultas ex contractu datur hæredi: nimirum vbi ob non impletam conditionem hæres in pœnam incideret, vt puta, ſi arbitri ſententia dãnatus quis ſit centum dare intra certam diem, alioqui condemnatus, ducentorum pœna mulctetur: ſi antequã det, moriatur condemnatus, hæres dando centum ſe pœna liberare poteſt, vt tradit ibi Zaz. Tamen Bartol. & Iaſ. iſtic alia id introductum ratione putant, non pœnæ quidem effugiendæ gratia, ſed quod diſpoſitio pura principalis antecedat, quæ ad hæredes tranſmittitur. l. veteris. C. de contrahen. & committ. ſtipula. & l. ſi pactum. ff. de proba. Idcirco conditio ſubſequens, veluti acceſsio quædam principalis aſſumit naturam l. cùm

Conditio in poteſtate ſita ex contractu hæredi adſcripta, in eum tranſit.

principalis.ff.de regul.iur. Sanè prior ratio iudicio meo potior est: vt pote, quæ humanior,& magis amica veritati. Altera autem magis ipsa verborum aucupia, quàm rem sectatur. Quid quæso refert an conditio præcedat dispositionem puram, an sequatur? quãquàm non ignorem plures inter vtranque speciem differentias adnotari in l.ita stipulatus.ff.de verb.obli.tamen potiùs eas legum subtilitate, quàm æquitate fundatas existimo: siquidem verbis hærent, nec ad rerũ perueniunt veritatem: cui subiecta quidem est vniuersa iuris disciplina. Sed antequàm hinc transgrediamur, videndum est quibus verbis conditio potissimũ concipiatur. Hæc autem sunt Qui, Si, & Cum. Primum probat. in l.Stichum qui meus erit.ff.de legatis primo. Alia autem duo tractantur in l. centesimis. §.si ita stipulatus.ff.de verbo.obligatio.

Cõditio quibus verbis cõcipiatur.

Igitur permultum interest inter Si,& cum, nam Si per conditionem tempus significat: Cùm autem per tempus conditionem denotat.l.si Titio.ff.quando di.leg.ced.id est, si origine sua est incerta. Cùm verò à primordio,& ex natura tempus certum infert. Quamobrem, si ita agatur in contractibus: promitto, si volam, nullius momenti est stipulatio, vt probat text. in l.centesimis. §.si ita.suprà citato. Idémque iuris est, in vltimis voluntatibus.l.fideicomissa.§. sic fideicommiss.

Differentia inter si,& cũ.

De conditione, si.

commiss. ff. de lega. iij. quoniam ad promissoris, vel testatoris voluntatem hæc referuntur. In alicuius enim potestate esse non debet, obligetur, nécne. Itaque si in creditoris, vel stipulatoris voluntatem obligatio huiusmodi conferatur: vt puta, promittis, si volam, efficax est obligatio, adeò vt si non interueniat alia voluntatis declaratio, morte tamen stipulatoris declarari intelligatur, vt not. in dicto §. si ita stipulatus, & suprà exposuimus. Aequè si in facto vel ipsius promissoris, vel legantis, vel alterius, licet id ex voluntate eius pendeat, versetur dispositio, vires tamen nanciscetur. vt puta, lego, vel promitto decem, si me in ædem sacram contulero, aut si Titius Lutetiam iuerit. l. j. ff. de lega. ij. & l. nonunquam. ff. de conditio. & demonstr. Nam & hæredem ita instituere possum, si Romam adeat: non tamen ita, si hæres voluerit, quia esset hæc institutio captatoria. l. si quis Sempronium. ff. de hæredib. instit. Quapropter iudices solent huiusmodi tueri pronunciationem. Sacris & fidelium consortio vos interdicimus, quoad aliter à nobis statutum fuerit: quamuis videantur hæc in arbitrium suum conferre, vt asserit Zaz. in dicto §. si ita. Tamen alia ratio suffragari videtur. Nam cùm sententia, & vltima voluntas comparentur. l. non mirum. ff. de pignora. actio. & l. si ita fuerit liber. ff. de

In potestate alicuius esse nō debet, obligetur nécne.

Refert an in simplicem voluntatem promissoris, an in factum à mera ipsius volūtate pendens conferatur cōditio.

Sententia an possit in iudicis arbitrium conferri.

manu. testa. legatum autem valeat, si testator ita leget, si arbitratus fuerit: vt not. in dicta l. j. de legatis secundo. & l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de legatis tertio. Quoniam hoc ad viri boni refertur arbitrium. Ergo, si sententia quidpiam iudex in suum confert arbitrium, censetur id secundum rectæ dictamen rationis, non pro libidine propria gesturus.

De conditione, cum.

SVperest, vt quæ ad hanc dictionem (cum) pertinent, edisseramus. Etquidem in vltimis voluntatibus hæc dictio, cum, collata in debitoris voluntatem, non vitiat dispositionem. Nam hoc legatum valet, hæres cùm volet, decem Sempronio dato: vt probat textus in l. fideicommissa. §. sic fideicommissum. & in l. si sic. ff. de legatis tertio. Atq; hoc legatum ad hæredis vsque mortem differtur: vt probat tex. in dicta l. centesimis. §. si ita stipulatus. Non continuò certè colligendum est, quem per mortem velle: tãtum enim abest, vt per mortem quis velle videatur, vt volũtas morte extinguatur. l. iiij. ff. locat. Nam si quis domum tantisper locauerit, dum volet, morte eius qui locauit, finitur locatio, sed tamen idem est vtriusque effectus in specie sua. Nam vt illud, cùm volet, leg

Voluntas an morte extinguatur, an verò tantum declaretur.

let, legati petitionem indicat post hæredis mortem, sic locatio, quoad locator volet, finitur morte locatoris. Quin & in vltimis voluntatibus adæquantur hæc verba, cùm voluerit, & cùm volet: vt probat text. in l. vxorem. §. Scæuola. ff. de legatis iij. si enim hæres scriptus grauatus sit hæreditatem, cùm volet, restituere, post ipsius mortem grauatus intelligitur. Illud tantùm interest, quòd si ita legatum sit, cùm volet, poterit voluntatem hæres mutare. At si ita legetur, si voluerit, non poterit voluntatem semel declaratam variare, vt probat tex. in l. si quis stipulatus sit Stichum. ff. de verbor. oblig. Sic igitur, si testator libertis, quibus hæres volet, fideicommissum relinquere ipsum hæredem grauauerit, efficax est fideicõmissum l. cùm quidam. ff. de legatis secundo. Verùm in hac specie, altera id vrget ratio, quia vbi in voluntatem electiuam etiam debitoris confertur dispositio, vtilis ea est, nec huiusmodi cũ facit conditionem. Si enim testator cauerit, vt hæres fundum alteri ex libertis, quem volet, præstet: cogetur hæres dare: sed poterit indignum digno præferre, vt probat textus in dicta l. cùm quidam. suprà cita. Quod si id hæredis arbitrio reliquisset, hæres dignum fuisset coactus eligere, & alteri anteponere: vt not. in l. si quis arbitratu. ff. de verbor. obligat. vt asserit Zaz. in dicta l. centesimis. §. vltim

Cum, in volũtate etiam debitoris electiua conditionẽ non inducit.

Quando hæres indignũ digno præferre potest in legato ipsius voluntati adscripto.

vltimo. Tamen dolus etiam, vbi in voluntate alterius electio posita est, debet abesse. Semper enim excludi dolus censetur. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Nam si quis ita rerum suarum administrationem Titio permiserit, ac si penes eum esset illarum dominiũ, nõ potest fraudulenter Titius alienare: quatenus enim res ex fide agenda esset, licet plené quidem censetur mandasse. Porrò in cõtractibus, non possunt substantialia contractus, in arbitrium alterutrius contrahentiũ conferri: vt puta in venditione precium, vel res. l. quod sæpe. §. j. ff. de contrahen. vendi. Accidentalia verò possunt, vt puta, si seruum dominus ita vendat, si rationes ipsius domini arbitrio putarit, id est, reddiderit: nam conditionalis est emptio. l. hæc venditio. ff. de contrahend. emptio. Ita affirmat Iason in dicta l. centesimis. §. vlti. Planè, si dictiones hæ, Si, & Cum, adiiciantur executioni dispositionis, vel conuentionis, siue in vltimis voluntatibus, siue in contractibus, conditionẽ non inferunt, sed differunt executionem. veluti, lego Titio fundum, quem cùm ipse, vel si ipse quatuordecim annorum erit, dabit hæres: consistit legatum, sed hæres dare priùs non cogetur, quàm quatuordecim annorum Titius erit. Itaque si post testatoris mortem legatarius moriatur, legatum ad hæredem suum transmittit: vt probat text. in l. ex his.

Substantialiá ne an accidentalia in alterutrius voluntatem possint conferri.

Quid si hæ cõditiones si & cùm adiiciantur exequutioni dispositionis, siue in contractu, siue in vltima voluntate.

ex his. C. quando dies lega. ced. aut ſi tibi x. promitto, quæ cùm venero, dabo. Executionem enim ſignificat verbum dabo, ſecus autem ſi ita concipiatur promiſsio: tibi decem promitto, cùm venero. nam hîc cum, adiectum eſt diſpoſitioni. Sed quæſtionis eſt in huius promiſsionis ſpecie, quanto tempore promiſſor expectãdus eſt, vt veniat. Et Zaz. in dicta l. centeſimis. §. vlti. cenſet eum debere, quamprimum poteſt venire: niſi iuſto detineatur impedimento: quoniam per eum ſtat quominus conditio impleatur. l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonſtra. Igitur iudex arbitrabitur iuſtámne cauſam veniendi habeat, an non. l. j. ff. de iure deliberan. & tempus intra quod ille accedet, moderabitur. l. ratum. ff. de ſolutionib. Effectus autem huiuſce inſpectionis, an conditionem verba contineant, an non, eſt huiuſmodi: vt ſi cõditio comprehẽdatur, & legatarius interim decedat, non tranſmittitur ad hæredes legatum. l. ex iis ſuprà alleg. At ſi non ſit inſerta cõditio: ſed executionis dilatio duntaxat, decedẽte legatario, antequàm dies cedat dilationis, debetur hæredi legatarii legatum. Sic enim intelligitur l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditio. & demonſtra. vbi ſcribitur non referre qua in parte teſtamẽti adſcribatur: quia id accipiendũ eſt, vbi conditio diſpoſitionis ſubſtãtiæ apponitur: aliter atque

Effectus inſpectionis an conditio adijciatur promiſſioni, vel diſpoſitioni, an executioni.

ter atque si dispositionis executioni. Non-nũquam verò propter personę, cui legatur, dilectionem, hæc verba etiam dispositioni adiecta, conditionem non faciunt. Ideóque legatum non impediunt ad hæredem transmitti: vt not. in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebellian. Vbi si instituat quis Sempronium hæredem, eúmque roget vt instituentis filio restituat, cùm xvj. annorum erit, hæreditatẽ: hæreditas hæc, si filius nondum xvj. annum assequutus, moriatur, ipsius consanguineis defertur, ad quos ab intestatò cætera ipsius bona debent peruenire. Veri simile est siquidem, noluisse testatorem ob suum in natum studium, conditionis gratia in tempus illud hæreditatis restitutionem conferre: sed id temporis designasse, quoad hæreditatem capessendam, vel adeundam filius esset idoneus. Aliàs verò ætatis designatio in personam eius, cui relinquitur, conditionem censetur complecti: vt si interim ille moriatur, legatum sit caducum. Quòd si in eius, à quo relinquitur, personam ætas designetur, demonstratio, non conditio intelligitur adiecta. Proinde si ille qui præstare debet, antè decesserit, non deficiet legatum: vt probat tex. in l. si cum præfinitione. ff. quando dies lega. ced. Si enim leget quis Titio dena, vsq; ad annos x. & intra decennium Titius moriatur, etiam post eius mortem futurorum

Quando hæ conditiones etiam dispositioni adiecta non inducunt conditionem.

Aetatis designatio quãdo conditionem faciat.

annorum legatum ad hæredem Titii transmittitur. Atqui in vniuersum hæc sunt accipienda, vt nunquam ætatis præfinitio conditionem faciat, vbi executioni dispositionis apponitur: sed tum solummodo, cùm substantiæ inest dispositionis, vt suprà diximus. Atque ita interpretatur Paul. Castr. in dicta l. ex iis. Verùm istic Paul. Castr. aliud scribit, dictionem cum, adiectam incerto tempori, semper conditionem facere: vel si dispositioni hæc dictio sit addita, húncque sequitur Ias. post Barto. & Alex. in l. quodcunque. §. vlti. ff. de verbo. obligatio. Quod tamen ipse Ias. in l. si cui. § j. ff. de legatis j. improbat, & certè hæc quam Paul. Castrensis sequutus est, videtur mihi verior sententia: cùm non appareat splẽdida alicuius differentiæ ratio inter tẽpus certũ, & incertũ. Cæterũ alia verba præter si, & cũ, vbi ad futuram alterius voluntatem referuntur, conditionem important, siue in contractibus, siue in testamentis: vt puta, si pater filiæ voluntate stipuletur dotem restitui: hæc stipulatio conditionalis est. l. post dotem. ff. solu. matr. At in contractibus conditionalis stipulatio, aut alius actus ad hæredes transmittitur. §. ex conditionali. instit. de verbor. obligat. Tamen si summus põtifex alicui indulgeat, vt ad pontificis ipsius voluntatem sacerdotia non sociabilia possideat: conditio non censet

Alias dictiones præter si & cum ad futuram alterius voluntatẽ relatas, conditionẽ facere.

Contractum conditionalẽ ad hæredem transire.

Quando verba dispositionis duratione͂ co͂tineant, no͂ conditionem.

censetur apposita. Nam hæc verba durationem continent, non conditionem. Proinde quandiu durant actus hisce verbis significati, etiam vtilitas durat. Sinautem expirent, extinguitur emolumentum. Ex quo huiusmodi conditionem vocat extinctiuam Bart. in l.j.in ij.quæst.principali.ff.de condition. & demonstra. Veluti, si Titius x. Seiæ quoad ipsa nubat, leget: ea singulis annis accipiet: postea verò quàm nupserit, ea non consequetur. l. legatum. ff. de annuis legat. Itaque tollitur antinomia ex l. pater Seuerinam. §. vlti. ff. de conditio. & demonstrat. quæ hæc verba, quoad seruus rationes reddiderit, vocat conditionalia. Sed illud sic accipiendu͂ est, vt conditionem extinctiuam faciant, vt Barto. in dicta l.j.ij. quæst. principali affirmat. Cui Zaz. in dicto §. vlti. l. centesimis. suprà allega. suffragatur. Sanè hæc verba (quoad & donec) vbi actui intrinseco adiiciuntur, vt dabo quoad voluero in contractibus dispositionem vel actum, æquè ac in vltimis voluntatibus, morte perimunt: quoniam voluntas morte finitur. l. iiij. ff. locati. Idem quoque iuris est, si facto vel verbo declaret se nolle. c. si delegatus. de offi. deleg. lib. vj. Sinautem actui extrinseco adhibeantur: veluti dabo, donec nubat, siue donec vidua erit, cessante hac qualitate, euanescet dispositio. Qualitas enim verbo adiecta, vel

De dictionibus donec & quoad & qua͂do dispositionem morte perimunt.

contrahit, vel protendit ipsius verbi significationem. l. Fulcinius. §. j. ff. ex quibus causis in possess. eat. Vnde si testator ita cauerit: Vxor donec vidua permanserit, liberè bona mea administret: non sub ea conditione relicta administratio est, sed bonorum proprietas, hócque se defendisse refert Zaz. in dicta l. centesimis. §. vlti. Consimiliter vbi hæc verba adiiciuntur actui extrinseco, in voluntate facientis posito, conditionem minimè faciunt. Vt puta, si in certa regione quempiam exulare iudex damnet, donec reuocauerit: non est sententia huiusmodi conditionalis, nec finitur iudicis morte, sed eius qui exilio multatus est: vt probat Zaz. in dicta l. centesimis. §. vlti. qui licet referat Bartol. idem ibi sensisse, contrariæ tamen est opinionis. Ideò à Ias. & plerisque aliis ibi Bartol. (iudicio quidem meo) non improbè reprehenditur. Nam iudex hac forma delegatus, donec delegans vices suas duxerit reuocandas: delegantis morte iurisdictionem nõ amittit, si ea ceperit vti: alioqui morte delegantis expirat iurisdictio. c. si delegatus. de offic. deleg. lib. vj.

Confessio.

Confessio receptæ pecuniæ an vires habeat sicut numeratio.

Confessio receptæ pecuniæ, perinde ac vera numeratio nocet, & prodest: nisi ea confessio inter illas personas interueniat, quæ donare non possunt. text. in l. si

acceptolatum.ff.de acceptila.& in l. si quis posthac.C.de bon.damna.Bar.in l.assiduis. C.qui pot.in pigno.hab.& Bald.in l.pecuniæ.C.de solut.Itaque Bartol.in dicta l assiduis,ait,dotis receptæ confessionem mulieri in hypothecaria aduersus tertium possessorem nocere. Contrà tamen scribit Ioan. Fab.in l.scripturas.C.qui potio. in pignore habea.& in authentic.sed iam necesse. C.de donatio.ante nup. hanc dotis receptæ confessioné minimè creditoribus nocere:quod quidem magis arbitratus fuerim. Nam confessio inter alias personas facta, aliis non nocet:vt not.in l.j.C.de confess.& in l.generaliter.C.de non numer.pecu. Quantùm autem ad confitentem attinet,confessio numerationi æquipollet. Adeò vt ex confessione creditoris emissa, fideiussori de recepta quantitate debita actionem fideiussori aduersus reum principalem pariat. Nam æquè reus à creditore liberatur, atque si fideiussor ipse numerasset:vt tradit Paul. Castren.in l.duobus.§.j.ff.de iureiur.refértq; ita à se respōsum & à Fede.de Tigiis fuisse.

Confeßio receptæ pecuniæ facta à procuratore, an domino obsit?

Confessio igitur procuratoris,cui mandatum est, vt reciperet,mandatori non nocet,nisi constet pecuniam re ipsa, & verè numeratam:quia donare non potest procurator,vt scribit Bartol.in l.ij.§.vlti.ff. si certa peta,

peta.citat text.in l.j.§.ſi mutuam. ff. ſi quid in fraud.patron. Verùm id textus ille, mea ſententia,non probat.nam ibi ſcribitur, patrono obeſſe, ſi libertus mutuam pecuniam acceperit, iſque eam prodegerit. Sed ſi cui donauerit libertus, eum qui accepit conueniri à patrono poſſe. Sed ſi ſtipulanti ſpoponderit libertus, nec acceperit, Fauianæ erit locus. Conſtat enim vbi non accepit libertus, & repromiſit, eum in fraudem legis feciſſe: quæ vetat, ne libertus ſupra quartam facultatum ſuarum partem, quæ à lege patrono defertur, bona ſua minuat. Verùm hoc in caſu non prohibet lex procuratorem receptam à ſe pecuniam confiteri: neque etiã mandati fides. Tum fiſci procurator confeſsione receptionis fiſco nocet. l. vlti. de apoch.publi.lib.x.C.& l.in contractibus.§. ſed quoniam.C.de non numer. pecun.quãuis fidem de pretio habere nequeat.l.ſi procurator.§.j.ff.de iure fiſci.& Barto.in l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.de re iudic. Quin & tutoris apocha pupillo nocet: vt id nomẽ non poſsit pupillus amplius repetere.l. Lucius.ij.§.tutelæ. ff.de adminiſtrat. tutor. Et quamuis Iaſ.in dicta l.ij.§.vlti.ff.ſi cert. pet. tradat Barto. opinionem communi ſcribentium calculo comprobatam, ipséque Iaſ.admoliatur plurima, quibus leges huic aduerſantes conciliare conetur: ego tamen alteri

ſententiæ potiùs accederem. Cùm enim mã datum is ad recipiendum habeat, mandata quoque ei cenſetur receptionis confeſsio: veluti appendix & ſequela.l.ij.ff.de iuriſdic. omnium iudic. Præſertim quod nulla lex huiuſmodi confeſsionem prohibeat. Tum imperiti notarii plerumq; hac receptionis confeſsione, & ſæpiùs quàm numerationis atteſtatione vti ſolent. Ad hæc imputãdum eſt ei, qui procuratorem adeò ſtolidum conſtituit, vt non accepta confiteatur recepiſſe. Deinde ſi procurator ſoluendo non eſſet, dominus ab eo qui ſic procuratorem decepiſſet, poſſet repetere: vt rectè, quamuis dubitanter, tradit Iaſ. in dicto §. vlti. in dicta l. ij. circa finem. Quod autem aſſerunt, ſi mandato facultas recipiendi & confitendi comprehendatur, confeſsionem æquè ac numerationem obeſſe, id adeò in promptu eſt: vt diſputatione non egeat.

Cõfeſsio de dote danda, an deroget acceptilationi emiſſæ ſuper dotis receptione.

COfeſsio qua ſocer dotem genero dare repromittit, dotis acceptilationi, quam gener ſocero ante præbuit, nõ derogat: etiã ſi incontinenti ea confeſsio emanet: vt tradit Bartol. & Paul. Caſtren. in l. penulti. §. ſi vir. ff. ſoluto matrimon. niſi mulier huic ſoceri confeſsioni præſentiam & conſenſum accommodauerit: vel niſi ea ſocero, eidémque patri ſuo ſucceſſerit, vt reſpondit Phil.

Corn

Corn.consil.cix.lib.iiij. Nam Pau.Castren. in dicto §.si vir.in simili specie,vt puta si muliter confessa fuerit dotem nõ solutam,hæc confesʃio acceptilationi mariti officit,quoniam iniquum est à muliere dotem, quæ nõ soluta fuit, repeti.l. nupta. §.j.ff.soluto matrimo. Sic mulier quum consentit promisʃioni dotis, quam eius mulieris pater genero facit, censetur virum liberare à restitutione dotis,quã ipse recepisse fuerat cõfessus.Idem quoq; iuris,cũ mulier succedit suo patri,qui viri socer est:quia hæres & defunctus eadem persona cẽsentur.Sed cùm promisʃio dotis præcedit,& postea maritus solutam confitetur dotem, omnino illi statur confesʃioni,vt probat textus in l.in contractibus.C.de non numera.pecu.

COnductor cùm in iudiciũ vocatus fuisset, vt re conducta decederet, excepit se in triennium futurum rem conduxisse. Itaque iudex litem inficialiter constituit: Testibus autem vtrimque examinatis, cùm actor litem diutiùs videret protrahi, ad interdictum retinendæ possesʃionis mouendum confugit. Conductor verò ait, perperam illud interdictum fuisse institutum, siquidem eius possesʃionem non interpellauerit: sed cõductioni sibi ab actore factæ omnino stari velle,super qua iam diu lis altе-

Dominus an postea, quàm conductor nõ dum finitam esse conductionem asseruit, & dominum stare locationi oportere,interdictum retinẽdæ possesʃionis mouere posʃit.

Sequestratio rei conductæ an ea pendente controuersia fieri poßit?

ra inter eos penderet. Nihilominus actor instat, vt migrare compellatur reus. Iudex igitur iubet, vt reus intra semestre rem derelinquat, alioqui res ipsa sequestro tradetur post id temporis, quo cùm fuisset prouocatum, curia libello supplice ea de re oblato, statuit: vt submota appellatione absque appellantis captione, sententia executioni mãdari posṡit. Sed cũ appellationis causa postea fuisset perorata, eadem curia sententiam & appellationem, litísque omnis acta fecit irrita, interdictúmque malè hac in specie institutum fuisse pronunciauit, die 22. Nouembris. 1543.

Clericus an ex instrumẽto à regiis notariis confecto prǽhendi posṡit?

CLericus præhendi potest ex instrumento à regiis tabellionibus, vel notariis cõfecto, si seipsum in vincula ducendi potestatem eo instrumento fecerit, sed in episcopi suæ dioecesis carcere, quoad persoluerit, est detinendus. Benedict. in commenta. cap. Raynutius. in versicu. & vxorem. nume. 335. de testa. D. Ioan. Cyner. in tracta. de primogenitura quæst. xxiiij. lib. j. Pyrrhus in consuetud. Aurel. titul. de instr. ædit. c. iij. prout refert Domi. Rebuff. tit. de liter. oblig. c. ij. gloss. j. char. 54. atque id aresto supremæ Paris. cur. fuisse die 14. Februar. 1544. confirmatum, scribit idem Rebuff. in eodem libr. char. 167. Quin si clericus ex contractu in ius vocatus coram laico iudice, vt eum impleat

pleat, rescriptum à principe impetrauerit, vt ille rescindatur, & nullus declaretur: interim pecunia (qua eo instrumento obligatus est) publicè apud creditorem eundémq; reum eo postulante iubebitur obsignare, vt die vltima Iunii 1541. à suprema Paris. cur. fuisse iudicatum testatur idem Rebuff. eodē lib. char. 206. Tamen in specie prioris aresti clericus instrumento à regiis præfecturæ vrbis Paris. notariis obligatus in carcerem eius præfecturæ coniectus, posteaquam eius præfecti sententia in carcerem missio perperam facta fuisset pronunciata: iisque clericus ad episcopū Paris. fuisset remissus ipsiús que aduersarii in damna sumptúsq; illi fuissent condemnati: iique à sententia appellassent, rescriptum regium clericus obtinuit, quo Curiæ præcipiebatur, vt si constaret, cū se obligasset, nondum xxv. annos natū fuisse, eúmque non parum eo contractu circunscriptum, & læsum, contractus is nullius momenti declararetur, & pro non scripto haberetur, curia appellationem & sententiam in irritum deuocauit, & litigantes ad præfecturæ illius tribunal remisit, vt coram alio, quàm eo, à quo appellatum fuerat, super rescripti illius approbatione concertarent.

Confessio accusati facta

Confessio ab accusato in tormentis facta, si in ea perseueret, quamuis ante sententiam moriatur, nocet confessi hæredibus, vt

in tormentis, si in ea perseueret, & postea moriatur: an eius hæredibus noceat? Quid autem in confessione ficta, vel ex cōtumacia, vel ob detrectatū calumniæ iusiurandum?

affirmat Speculat. & Ioan. Andr. in titul. de accus. §. j. versic. qui si latro. At ficta confessio, quæ vel ex contumacia, vel ob detrectatum calumniæ iusiurandum, vel quòd petitionibus respondere iussus, non paruerit, proficiscitur, hæredem non obligat, nisi sententia ex ea confessione ante illius contumacis mortem, lata sit. l. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci. Qui enim delatorem corrupit, pro victo habetur. cæterùm aduersus hæredem eius hæc pœna transire non debet. Idq; asserit Paul. Castren. in l. ij. §. quod si actor. ff. de iureiur. propter calumn. dand. Quod tamen à moribus nostris, eóque quo vtimur iure, alienū esse arbitror. Nam quantum ad cōtumaciam pertinet, si antecedente iusto edictorū numero, & testibus ex elogio criminis indice repetitis, sententia lata sit, par robur obtinet, atque si in præsentem esset pronunciata, cùm testes sic examinati, tantum fidei faciant, atque si cum accusato commissi & compositi fuissent: vt sancitum est constitu. regiis editis Anno Domi. 1539. mense August. c. clxv. Quin etiam quod ad confessionem fictam eius qui positionibus respondere detrectauit, attinet, putarem moribus nostris non procedere: cùm id nō tam pœna sit, quàm id quod interest aduersarii, non fuisse suis responsum positionibus. At hæredes id quod ex defuncti facto

interest

intereſt, debent agnoſcere. Nam etiam vbi pœna partim corporalis, vel pecuniaria venit inferenda, pecuniaria morte non extinguitur. l. defuncto. ff. de public. iudic. & tradit Ioan. Fab. in l. vnica. C. ex delict. defunc. in quant. hæred. tene. Vbi etiam adiicit, parte agente cuius intereſt, damni aduerſus hæredem fieri perſecutionem. Sed agente officio vel iuſtitia, quæ nullum habet damnum, ſeu intereſſe, niſi quòd maleficia puniantur: non competere aduerſus hæredem multæ, (quam emendam vocant) exactionem, quãuis defunctus eam (vt dicit) gagiauerit, id eſt ea ſponte condemnatus fuerit. Eam quippe vltroneam multæ condemnationem appellamus gagiationem. Tum quumuis iure ciuili hæres ex delicto defuncti non teneatur, ſi ante litem conteſtatam mortuus fuerit, niſi quatenus ad hæredem peruenit, vt nota. in dicta l. vnic. Tamen ex pontificii iuris æquitate, quæ ſcrib. in c. in literis. de raptor. & in c. vlti. de ſepultur. in antiq. hæres quatenus defuncti facultates patiuntur, damnũ à defuncto illatum ſarcire compellitur. Atque hanc æquitatem in laicorum foro ſeruandã aſſeuerat Ioan. Fab. in §. pœnales. inſtitu. de perpet. & tempor. actio. & ſe vidiſſe id à ſuprema Pariſienſi curia (quam noſtrate vocabulo parlamentũ appellat) obſeruari. Quamobrem exploſa eſt illa Barto. & Paul. Caſtr.

ſententiæ: aut ſaltem temperanda eſt, vt de pœna quæ ad fiſcum ſpectat, intelligatur: nõ autem de damno, quod priuatæ perſonæ, illud paſſæ, debet inſtaurari.

Intereſt an cõditioni, an verò diſpoſitioni ſit inſerta liberorum mẽtio.

CONditioni an diſpoſitioni cenſeatur liberorum, vel alterius perſonæ mentio inſerta, plurimum intereſt. Sed quibus verbis illud, vel hoc fiat explicemus. Conditioni itaque iudicatur adiecta liberorum mentio, ſi ita ſit cautũ. Si filius primogenitus decedat ſine liberis maſculis, bona eius veniãt ad ſecundò genitum. Aut ſi primogenito ſine liberis decedat, ſubſtituit ſecundò genitum: vel ſine adiectione illius dictionis maſculis: vt tradit gloſſ. in l. Lucius. ff. de hære. inſtituend. Diſpoſitioni verò præſumuntur liberi ineſſe, cùm ſic verba cõcepta ſunt: primogenitum meum hæredẽ inſtituo, & poſt eius mortem volo, vt eius filii hæredes mei ſint. Vel ſic. Si primogenitus meus decedat, vel eius filii, ſubſtituo ſecundum filium, ac eius filios: atq; ita ſunt in diſpoſitione, cùm expreſsim illis clauſula accõmodatur, vt tradit Alexander Imol. in conſil. cxcviij. libro vj. & Iaſ. conſil. xlix. in primo volumine. Id autem inter vtrumque diſcriminis eſt, quod cùm liberi ſunt in diſpoſitione nominati, ex ea videntur accipere, & ſubſtituto præferuntur, & alienata, vtpote tanquam reſtitutioni

Quibus uerbis vtrũque fiat.

Differentia inter vtrũque

tioni ipsis facienda obnoxia, reuocant. l. vltima. C. commu. de leg. Tum si hæreditatem patris repudient, poterunt ex sua ipsius persona bona alia capere. Deinde quamuis pater testatoris illius hæreditatem non adierit, ipsi liberi possunt ex propria persona adire. Aliter verò hæc omnia se prorsus habent, vbi in cõditione sunt liberi nominati, vt respondit Alexan. Imol. in consil. xlv. in secundo volum. vbi hanc esse communem opinionem affirmat, eíque se & legendo, & respondendo adhæsisse. Huic autem differentiæ locus est, nisi præsumpta testatoris voluntas aliud suadeat, vt probat text. in l. generaliter. §. vlti. C. de institu. & substitu. sub condi. fact. Si enim quis liberis suis substituerit, intelligitur hæc substitutio vires nancisci, si liberi legitimi & naturales, vel etiam naturales tantum ex iis liberis procreati, nõ fuerint superstites. Sed & si Lucius Titium fratrem hæredem instituerit, & si hæres esse noluerit, vel priusquam adierit hæreditatẽ, decesserit, aut filium filiámue ex se natam non habuerit, aliósque hæredes instituerit: ii hæredes non erunt, si frater priusquam adiisset, decessisset liberis relictis. Itaque tum non refert, an in conditione, an in dispositione liberorum mentio fiat: quoniam vtrouis modo liberi extraneo præferuntur. Siquidem tum prudens hac in re consilium

testantis animaduertitur. Non enim fratrē solum hæredem prætulit substitutis, sed etiā eius fratris liberos. l. Lucius Titius. ff. de hęred. instituend. Atque secundum hanc opinionem in suprema Burdegal. curia iudicatum fuisse refert Do. Boer. in decisionibus eiusdem curiæ. quæstio. clv. ubi plura alia commemorat: asseritque id locum non habere, vbi extranei filius in conditione esset nominatus, quoniam extraneum dilexisse testator non præsumitur.

Constituti possessorij clausula an sit inutilis, si vitiosus sit contractus principalis.

CONstituti an inutilis sit clausula, vbi principalis contractus nō consistit, in vtrāque partem validis rationibus disputat Do. Andr. Tiraq. in tract. constitut. in 7. limitatione tertiæ partis. Atque in numero negātium esse inutilem recenset gloss. & Azo. in l. si aliquam rem. ff. de acquirend. possess. & ibi Bartol. Paul. Castren. Ioan. & Alexand. ab Imol. & Rapha. Proinde eos refert existimare, vt quamuis inutilis contractus sit, possit tamen ex eo cōtractu transferri possessio, si apposita constituti clausula fuerit. vt puta in donatione inter virum & vxorē, quæ iure scripto non valet, sed morte solummodo confirmatur, per l. j. §. si vir vxori. ff. de acquirend. possess. atque huius sententiæ assertores alios quoque commemorat, in eodem tractatu, parte prima, numero 48. vsque

48. vſque ad nume. 50. E diuerſo affirmantes hanc clauſulam viribus carere, vnà cum principali contractu effert Bartol.in l.cum falſa.C. de iuris & facti ignor. & Bald. in l. ſi cùm ſeruum.§.interdictum.ff.de donatio. inter virum & vxor.& eundem Bald.conſil. ccxij.libro j.nec transferri poſſeſsionem ex hac clauſula, niſi ſequatur realis traditio, vt not.in l.ſi quis rem.§.voto.ff.de pollicit. & pleroſque alios idem ſentire citat in dicta tertia parte, nume. 15. & in prima parte, nume. 51. Poſtremo tamen loco, qui eſt in tertia parte, num. 22, ſubiicit ipſe Tiraquel. ſupremæ Pariſienſi curiæ eam probari ſententiam, vt conſtitutum adiectum in contractu inutili, ſit etiam inutile. At hodie non relinquitur locus huic dubitationi, in donatione inter virum & vxorem in aliquibus regionibus, in quibus ſtatuta permittunt viro & vxori mutuas & ſimplices donationes. Nã cùm ex ſtatutorum permiſſu eæ valeant, manifeſti quoque iuris eſt, & clauſulam hanc conſtituti valere, & transferre poſſeſsionẽ: niſi ſpecialiter ſtatutum in quibuſdam caſibus prohibeat: veluti ſtatutum Pictonicum id nominatim vetat in donatione antiqui patrimonii, & rerum ante matrimoniũ ab vno ex coniugibus comparatarum, vt latiùs infrà loco proprio diſſeremus.

Conſtit

Constituti possessorij clausula an possessionem transferat in secundum donatarium, post prioris mortem donatarij?

COnstituti clausula, si huiusmodi contractui fuerit adiecta, vt puta, Caius Seio fundum donat hac lege, vt post Seii mortem ad Titium perueniat: eorúmque nomine se cõstituat possidere. Quæsitum est, an non solùm in priorem, sed etiam in posteriorem donatarium ex huiusmodi constituto transferatur possessio. Idem Do. Tiraquel. in eodem tractatu varias sententias pro more suo adducit & distinctè, & copiosè. Primùm quidem Dec. consi. ccxxxix. respondisse ait, transferri possessionem. E diuerso adducit Guido. Pap. in decis. Delph. quæst. 512. contrarium scripsisse: quòd cùm in priorem donatarium vi illius constituti transmissa fuerit possessio, non potuit ab eo, vel eius hæredibus sine eorum voluntate auferri. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. possessio. Sed hanc rationem haud sibi placere asserit. Nam donationem ea lege accepit: ideo non potest conditionem hanc donationi adiectam repudiare: totam enim assumere, vel renuere debet. l. Caius. ff. de manumiss. Itaque aliam subiicit ratiõe ex ipso Guidon. nempe quia non potest retrotrahi hæc conditio ad tempus possessionis eius, quæ erat penes donatorem tum, cùm Seio donaret. Siquidem nullam tum possessionem habebat donator. Erat enim iam penes donatarium priorem, & citat ad hoc Angel. in l. quamuis. §.

uis. §. j. ff. de acquiren. possess. Quod si aliter diceretur, Guido affirmat cõsequi protinus absurdum, vt dominium vel possessio eiusdem rei apud duos insolidum eodem tempore esset, contra l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. Præterea Guidonis opinioni refert congruere nota. per Corne. consil. 173. & per Stephanum Bertrandum consilio 276. Atque ita in sua decuria Parisiensis curiæ fuisse iudicatum die 9. Martii. 1548. inter magistrum Ioannem Burgesium & Ioannem Chazereum. Tamen Boer. in decisione curiæ supremæ Burdegal. quæst. 172. contrariæ & priori accedit opinioni, in specie quidem magis dubia, scilicet vbi tertius in matrimonii contractu, eiúsque celebrandi gratia masculo ex iis nuptiis nascituro, vel etiam illi masculo, qui ex alio matrimonio, per vnum ex iis futuris coniugibus contrahendo, exoriretur, prædium donauit: hac tamen lege, vt donator rei donatæ vsumfructum sibi haberet, notario vtique stipulanti masculi illius loco. Nam hac in specie hæredes donatoris tradit, nõ posse huiusce prædii se possessores asserere, ex communi Frãciæ consuetudine, qua mortuus genere sibi propinquiorem bonis suis induit, seu vestit, citátque l. filiam. & ibi Bartol. & Paul. Castr. ff. ad Trebel. Imò quoad filius adnascatur, ad patrem, cuius fauore filio illi masculo col lata

Absurdum, dominiũ vel possessionẽ apud duos in solidũ esse

lata est donatio, post donatoris mortem rei donatę deferri vsumfructum: nititúrque authoritate gloss. in l. quod dicitur. ff. de verbor. obliga. & Barto. Paul. Castren. & Ias. ibi scribentium. Sed non fuisse illam istius curiæ iudicio terminatam controuersiam. Verùm in scholiis institu. nostrarum forens. c. 32. testati sumus, nos accepisse, pro patre, cuius intuitu facta erat donatio, ab aulico consilio fuisse iudicatũ. Ego verò vt in hac tandem tãtorum iudiciorum repugnantia, vtrũ mihi potius videatur, aperiam: etsi ea iudicia veluti sacrosancta venerari solitus sim, existimo aulici consilii hoc iudicium longè æquius. Nam cùm disponentis mens semper sit attendenda, hoc propiùs ad mentem puto accedere. Quæ enim potest mens alia esse disponẽtis hac in specie, quàm vt post mortem Sei, ad Titium & rei donatæ dominiũ, & possesio perueniat: cùm eam mentẽ verba ipsa oculis obtrudant? Nec hercle me mouet absurdum illud à Guidone Pap. adductum: nempe ex hoc consequi penes duos eiusdem rei dominiũ & possesionem esse. Quippe id cõsequens planè inficiarer. Imò contra palàm est nullo tempore dominium & possesionem rei donatæ apud duos esse insolidum. Nam priùs ad Titium non transmittetur rei dominium & possesio, quàm Seius vita excesserit. Sed sicut cùm donator

Absurdi illius in specie proposita dissolutio.

esset

esset superstes, proprietas & possessio erat Seii, & detinebat rem solummodo donator: ita post donatoris fatum, Seius incipiet detinere: possessio autem & proprietas apud Titium erit. Sic vicissim alius alii succedit. Quare absurdũ illud prorsus tollitur. Deinde non tanti faciendum est illud absurdum adeò tenui argumento collectum, vt mentem disponentis perspicuam possit subuertere, præsertim cùm facilè depelli huius absurdi ea, quam suprà dixi ratione, possit scrupulus. Quin hanc mentis interpretationem iuri amicam esse probat l. cùm maritus. §. vlti. ff. de pact. dotal. Nam ibi mulier quæ cùm dotem daret, eam fratri post ipsius mulieris mortem reddi stipulata est: nõ potest quidpiam in fratris damnum super ea dote postea statuere. Sed & l. quotiens. C. de donat. quæ sub mod. vel condi. fi. frustra posita esset, quę dilucidè sancit, post donatarii prioris mortem, ad posteriorẽ donatarium donatæ rei dominium transire, prout Decius in dicto consil. explicat fusius. Proinde id solum superesset dubii, an quia donator se prioris donatarii nomine duntaxat constitueret, in themate à nobis priùs assumpto, possidere, ad eum priorem donatarium solummodo, non autem ad secundum migraret possessio? quodquidem summo iure, & restricta ratione deffendi posse non negauerim: sed

rim: ſed ſuper dominio minimè addubitauerim, id ad ſecundum tranſire donatarium. Atqui quoniam prouiſio facta in vnum caſum, ex veriſimili diſponentis mente ad ſimilem caſum trahitur. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. cùm donator ſe prioris donatarii nomine cõſtituerit poſſidere: quamuis de poſſeſsione ſecundi non meminerit, tamen æquum videretur, hanc poſſeſsionis conſtitutionem ad ſecundum extendere: vt quos in dominium inuicem ſuccedere ſibi voluerit, & in poſſeſsione idẽ voluiſſe iudicetur: idq; eò potiſsimũ, quòd poſſeſsio ſicut dominium poteſt ſub conditione transferri. l. qui abſenti. §. j. ff. de acquirend. poſſeſſ. & plures aſſeruerunt huius conſtituti clauſulam à notario poſſe adiici, quamuis à contrahentibus, nihil de ea exexpreſſum ſit: vt pote quæ tacitè intellecta cenſeatur, propterea quòd conſueuerit in contractibus ferè inſeri, prout not. in l. vlti. C. de fideiuſ. atque nominatim de conſtituto tradit Oldrad. in conſil. 139. & Feli. in c. cùm M. Ferrarienſ. col. 4. de conſtitu. aliíq; innumeri, quos refert idem Do. Tiraquell. in iſto tracta. conſtitut. in tertia parte, & 31. limita. à nu. 3. vſque ad nu. 10. Quod ſi rurſus illud abſurdum abiiciatur, vt fingi non poſſit pro duobus poſsidere, cùm fictio ad rei veritatem & naturam aptanda ſit, l. ſi pater.

Poſſeſsio ſub conditione poteſt trãſferri.

§. in arrog

§.in arrogationibus.ff.de adoptio. hoc modo id diſſoluemus,vt non eodem tempore, ſed alio tempore pro altero, alio item pro altero,& adueniente adiecta conditione intelligatur poſsidere:alioqui qua ratione poterit ſub cõditione poſſeſsio transferri, niſi id in hac ſpecie admittatur, vt donator ita velit apud priorem donatarium rem donatam eſſe, vt poſt eius mortem ad alterum poſſeſsio tranſmittatur? Quare vt imaginem abſurdi huius amoueamus, cenſerem adiiciendum, vt donator exprimeret ſe prioris donatarii nomine poſsidere, & ſe quoque velle & diſponere, vt poſſeſsio quam prior donatarius obtineret,in euentum conditionis (ſcilicet ipſius mortis) cederet alterius donatarii cõmodo : ita vt prior donatarius, inſtar vſufructuarii, pro ſecundo donatario poſsideret,atque poſt mortem ipſius, in ſecundi perſonam, vſusfructus cum proprietate ſolidaretur. Quamquam latitudo voluntatis contrahentiũ tanta vnius apicis ex legibus detorti ſubtilitate,non debeat impediri.

CAnonicus ſeu cellega Lucionenſis cùm à decreto quodam collegii ſeu capituli illius eccleſiæ ceu ab abuſu prouocaſſet, quod conſtituiſſent ſummam lx. francicorum turonenſium tribuendam cuidam ſcholaſtico Pariſiis agenti, vt literarum ſtudium foue-

ret : ísque canonicus diceret ſummam illam exuperare ſtipem annuam,his qui eius eccleſiæ miniſterio aſsident conſtitutam, quibus ſolis eam percipere licet, id eſt quotidianas (vt vocant)diſtributiones.c.j.de cleric. non reſident. Scholaſticus tamen cum octuaginta francicis locaſſe probauiſſet:aduerſarium ſuperauit apud ſupremam Pariſ.curiam, die 19. Nouembris. 1543.

Conſanguineus teſtatoris præfertur extraneis in eleemoſynarũ erogatione, ſi pauperibus incertis & exequutoris arbitrio deligendis ſint relicta.

COnſanguineus defuncti, qui teſtamento trium parrochiarum pauperibus, quandam pecuniæ ſummam legauit, ſi pauper ſit, extraneis præferendus eſt. Quod cùm renuiſſet teſtãmenti executor, eum in ius vocat conſanguineus: condemnatur excutor octuaginta francicos illi erogare,à quo executor prouocat ad ſummam Pariſ.cur. Hæc accepto priùs de inopia iureiurando,executorem ei damnat præbere octuaginta francicos,litigantéſque,reſciſſa appellatione, & ſententiæ iudicio,abſque expenſis, & multa dimittit die xj.Decembr.1543. Quod comprobat glo.in c.ij.de ſepult.in antiq.& can. non ſatis. lxxxvj.diſtin. & Bald.in l.j.C.de ſacroſanct.eccleſ.

Cedere licet potẽtiori, vbi coniectura ve

CEdere licet potẽtiori ius reale, aut prædium,præſertim conſanguineo: & ſi alia coniectura capi poſsit, ceſsionem eſſe alia de cauſa

de causa factam, quam aduersarium vexandi præsumitur. In dubio enim capienda nõ est coniectura, quæ in delictum sonat, vt not. in l. ij. C. de petitio. hæredita. etiam si fuerit cõuentum, vt dimidiam partem emolumenti, quod ex lite continget, assequatur cedens, & is cui ceditur, litis sumptus teneatur expedire: neque id de quota litis interpositum pactum debere censeri, atque ita summa Paris. curia iudicauit die 18. Februarii 1543. & huiusmodi cessionem iure consistere pronunciauit Do. Marillac præstantissimo fisci patrono postulante: licet procurator quidã regius, cui hæc cessio facta fuerat, se nolle ea vti professus in iure & iudicio fuisset: tamen ob huiusmodi confessionem litigantes absque expensis iudicio dimissi fuerunt. Cõgruunt autem hæc cum iis quæ notant. in l. per diuersas. C. mãdati. præsertim per Paul. Castrens. Id tamen discrepare videtur his: quæ à nobis suprà tradita sunt, vbi discrimen intercessionem iudicii mutãdi causa factam, & eam quæ in potentiorem fit, exposuimus. Sed constitutio regia cessionem in potentiorem interdicens locum habet, vbi nulla alia coniectura cessionis potentiori factæ sumi potest, quàm aduersarii defatigatio.

xandi aduersarij abest.

Contractus.

Contractus quantumcunque nullus principis rescripto venit rescindēdus.

CONtractus, etsi nullius momenti fuerit, debet tamen principis rescripto rescindi, vel nullus declarari: quoniam moribus nostris, nullus non potest dici contractus ipso iure. Quod enim ipso iure legibus imperialibus efficiebatur, id à principe in hoc Galliæ nostratis regno impetrandum est. Quippe cōstitutionibus imperatorum Rex noster non alligatur, sed eas tantùm admisit. ὥσπέρ τινα πολιθειαν δικαιοτάτως συντετάγμενην: cùm ipse Romano minimè subditus sit imperio, vt tradit. in ca. cùm per venerabilem. qui filii sint legit. & ibi Innocent. Quamobrem minimè dubitandum est, an contractus tum nullius roboris esse pronunciari, tum rescindi posse mandari principis rescripto posſit: cùm alioqui etsi viribus careret, moribus tamen nostris veniret rescindendus, vel in irritum reuocandus ipsius principis oraculo. Atque id suadet authoritas Innoc. in cap. constitutus. de in integ. restitutio. in antiq. Tradit enim notandum ex illo textu, libelli formam quo petitur venditio pronũciari nulla officio iudicis, vel rescindi beneficio restitutionis: quamuis nonulli contra asseruerint, propterea quòd rescisio contractum inferat valuisse. l. nam & si. §. post defectum. ff. de iniusto, rupto & irri. fact. testament

ſtamen. Verùm contraria opinio areſto ſupremæ Pariſ. curię comprobata eſt die xiiij. Auguſti 1543. Porrò id non reticendum hic arbitratus ſum pleroſque in concipiendis reſcriptorum principalium commentariis grauiter errare. Nam vti huiuſce reſcripti vſus eſt neceſſarius, ita eius cõmentarios conficiunt, vt princeps impetrantem ad poſtulandum iubeat admitti: vt contractus efficaciæ nullius pronuncietur, & reſcindatur, nec non & ipſe princeps ſuo oraculo reſcindit, & in irritum deducit, neq; vltra hii progrediuntur. Adiicere enim debent, vt contractum illum reſcindendo, impetrantis aduerſarium compellant, vt permittat impetrantem re qua de agitur vti, fruíque liberè, & fructus ex ea à ſe perceptos atque percipiendos reſtituat, vel aliam petitionem adiudicet, quæ ad ſummæ & principalis controuerſiæ caput pertineat. Scimus enim contigiſſe, vt quia hæc princeps & pręcipua petitio non fuiſſet reſcripto huiuſmodi inſerta, poſt ſententiam ſecundum reſcriptum latã, alia opus fuiſſe diſceptatione, qua illius reſcripti impetrator ex poſceret, vt res, quam eo contractu per ſententiã reſciſſo alienauerat, vnà cũ fructibus ſibi reſtitueretur. quod ſi reſcripto fuiſſet comprehenſum, ſimul cũ reſciſsione contractus fuiſſet adiudicatum. Quod autem vel interlocutio, vel diffiniti-

Ratio concipiẽdi regij reſcripti commẽtarios, & principalis petitio in ijs inſerenda.

Duo contractuũ genera, quæ sine principis rescripto viribus carere pronũciantur.

ua sententia tanquam nulla nequeat retractari, infrà suo loco differemus. Meminisse verò oportet, duas ferè contingere contractuum species: in quibus absque principis rescripto contractus à iudicibus regiis præsidum vicem obtinentibus nullius momenti esse pronunciatur: primum quidem, vbi vsura est euidens, & manifesta peccat contractus: veluti si annuus reditus infra decimæ modum, id est minoris, quàm decem solidi in singulos annui reditus solidos sit comparatus. Deinde si aduersus statutum municipale sit gestus contractus, idque palàm sit, vt puta, si vni ex liberis pater quidpiam sui patrimonii auiti plusquam cæteris donauerit, vel alius quiuis hæredibus suis ab intestatò quibusdam futuris maiorem antiqui illius patrimonii portionem, quàm aliis titulo lucratiuo reliquerit. Nã is cuius interest, nullo principis accedẽte rescripto, potest eiusmodi cõtractus nullos, nulliúsq; momenti esse pronũciari rectè postulat, eiúsq; petitioni iudex annuit. Nec quidquã officit, quòd ad posterioris cõtractus formã spectat, quòd qui eũ improbat, hæres is est eius, qui illũ inierat cõtractũ: quippe cũ ei hæredi liceat etiã eiusmodi contractum refellere, quãuis alioqui hęres defuncti stare teneatur placitis: vt prob. tex. in l. cũ à matre. C. de rei vend. atq; id nominatim affirmat Pau. Castr. in l. j. C. si quid in frau. pat.

Diuisio

Diuiſio perperam facta.

Diuiſio quomodo ptrperam facta intelligitur, vt reſcindi poßit.

DIuiſio, ſi perperam facta ſit inter maiores ipſis ſuccurritur. leg. maioribus. C. commun. vtriuſque iudic. Sed quemadmodũ intelligatur perperam facta, ambigitur. gloſſa enim in dicta l. maioribus. interpretatur vltra mediam iuſti pretii. At conſueuimus alio iure vti: nam ſufficit, ſi vltra quartam partem, vel etiam vſque ad eam quis ſit læſus, vt poſsit aduerſus diuiſionem reſtitui, præſertim in hæreditatis diuiſione inter fratres peracta. Quippe cùm æqualitas inter fratres potiſsimum ſit colenda. leg. inter filios. C. famil. herciſcund. Sed & verba ipſius legis quæ rationem exprimunt, id apertiſsimè loquuntur: quia in bonæ fidei iudiciis quod inæqualiter factum eſt, in melius reformatur. Si quidem vt inæqualiter quid factum dicatur, nõ oportet vt ex parte dimidia inſit læſio, ſed ex inſigni portione, quæ ad ſummum exponi & intelligi de quarta debet, vt probatur ex nota. in authentic. rogatus. C. ad ſenatuſconſul. Trebellia. Nam ſi quis rogatus fuerit, quod ex hæreditate ſupererit, reſtituere,

ſi ſine liberis deceſſerit, quartam partem tenetur fideicommiſſario reſtituere: nec eam minuere poteſt, niſi ex certis cauſis. Id autẽ inter abrogatas iuris ſcripti ſpecies recenſet Do. Rebuff. in comment. prio. in conſtit. regias. in prooe. in gloſſ. v.

Qua ratione aduerſus diuiſionis moratores ſuccurratur.

DIuiſionem hæreditatis cum fruſtrationibus alter ex fratribus moratur, curia ſumma Pariſ. decernere ſolet, vt vniuerſa hæreditas publicè poſsideatur. Sed cùm relata fuiſſet ad eam curiam quæſtio, quæ ex facto inciderat coram areſti executore, an in ſpeciebus puta tritico & cæteris id genus, locatio an in pecunia fieret: cenſuit curia pecunia locandos hæreditatis fructus, & nouiſsimo licitatori per publicè poſsidentes addicendos. Iudicium verò id latum eſt die 18. Decembris. 1543.

Delegatus.

Delegatus ad certum cauſarum genus, tenetur cauſam, quæ ſuæ iuriſdictionis ſit propria, citationis decreto inſerere.

DElegatus ad certum cauſarum genus, tenetur in citationis decreto cauſam, quæ ſuæ iuriſdictionis propria ſit, inſerere: alioqui recta ad ſupremam Pariſ. curiam licet prouocare. Quin & cùm appellatum fuiſſet à decreto à ſuprema Pariſ. curia, quæ de fiſcalibus tributis ius dicit, emiſſo, quæ quendam præhendi, & in vincula coniici iuſſerat, prop

rat, propterea quod aliquem ex illius curiæ fiscalis considentibus (dum ad principem le gationis causa illius curiæ mandato proficisceretur) cōtumelia affecisset: atque ea appellatio ad supremam & primariam curiam fuisset introducta, iure fuisse appellatum ea pronunciauit, & appellantes aduersarium litis multauit expensis, die xvij. Febr. 1543. Si quidem grauissimus fisci aduocatus Do. Marillac in eam rem adduxit vrgentissimas rationes, atque in iis l. vlti. C. de offi. præfec. vrb. in verbis illis: *scitúrque ex ipso nomine: quid annonæ præfecto debeatur*. & no. in l. ij. ff. si quis in ius voc. non ier.

Decretum ex falsa causa.

Decretum ex falsa causa interpositum, an fructuum impediat restitutionem, & iustam poßidendi causam tribuat.

DEcretum ex causa, quæ euidenter falsa fuit, interpositum, iustam possidendi causam non præbet, adeò vt si decem vel viginti annorum accedat possessio, is cui prædium eo decreto addictū fuit, præscriptione tutus non est: præsertim si emptor qui ex hoc decreto comparauit, fraudis fuisse dicatur particeps, vt probat textus in l. ij. C. de præd. & al. reb. mino. Decretum enim ex falsa causa interpositum nullum est, vt probat textus in §. semel. institu. quibus ex causis manu. non lic. & l. magis puto. §. si æs. ff. de rebus eorum, qui sub tut. vel cur. sunt. Attamen

tamẽ nisi causa esset palàm falsa, vel emptor in eo decreto interponendo admissam frudem cõmunicasset, iustam possessionis causam habuisset, ob quam decem, vel viginti annorũ possessione securus fuisset, vt probat Ias. in l. iuste. num. 9. ff. de acquir. posses. Quapropter cùm quidam tutor cum altero, qui in prædium minoris grassabatur, pactus fuisset, se permissurum socio, cui cum minore prædium illud commune erat, ad diuisionem prouocanti, illud vt pote indiuiduum pluris licitanti addici. Sed vt id tutiùs fieret, in futuri emptoris gratiã à iudice statutum fuit, vt quidam ab eo delegati in rem præsentẽ irent, quod cùm fecissent, renunciauerunt (falso quidem) prędium diuidi nõ posse, quamuis quinquaginta iugerum esset. Itaque iudex illud auctione censuit distrahendum. Igitur emptori fraudis authori ceu nouissimo licitatori addictum est, & decretum semper ea re interpositum. Sed posteaquàm emptor viginti annos possedit, minor ille, cuius prædium ita venum ierat, prædiũ suum vendicat. Emptor decreti authoritate fretus excipit: ab eo decreto minor prouocauit ad supremam Paris. curiam, apud quã cùm emptor se liti cedere velle profiteretur, sed fructus restituere se non compellendum assereret, nisi ab appellationis sibi denunciatæ tempore, neque expensas litis debere,

bere, cùm minor restitutionis indulgentia niteretur, negaret tamen se fraudis fuisse cõscium: Curia decretum appellationémque ab eo emissam in irritũ deuocat, iubétque vt prędio cedat, & fructus reddat, à tẽpore petitorii iudicii illius cõtra se instituti, absq; vllis causæ expẽsis: ita tamẽ vt super fraude illa admissa testibus mutuò litigantes inquirant. Atque ita iudicatum est die 13. Septẽb. 1543. cum vindemiarum feriæ illi curiæ rescripto principis sublatæ fuissent.

Donatio inter virum & vxorem.

Donatio inter virum & vxorem semper reuocabilis.

DOnatio inter virum & vxorem mutua, licet ab alterutro vsque in mortis tempus reuocari posit: vt not. in l. cùm hic status. §. j. ff. de donat. inter vir. & vxo. statuto autem municipali Pictonum c. ij. & iij. cautũ sit, reuocationem huiusmodi non consistere, nisi ante mortem alterutrius ea reuocatio alteri fuerit denunciata: tamen supremæ Paris. cur. aresto constitutum est, hoc duntaxat procedere, vbi reuocationis denunciatio fit ab alterutro coniugum sana mente, sanóque corpore, cuiusque de morte imminenti non dubitatur. Id enim probat textus in l. filiæ meæ ægræ. ff. soluto matrimo. Donare verò potest pater vel mater filio res

Quando reuocatio donationis denuncianda.

mobiles

mobiles & immobiles à se acquisitas, non autem auitas, vel quas à consanguineis maioribúsque titulo hæreditario acceperunt: quoniam pater in iis rebus antiqui patrimonii, nõ potest plus vni ex filiis quàm cæteris donare. Sicuti, nec ille qui liberis caret, potest plus in vnum ex hæredibus suis futuris & præsumptis conferre titulo donationis, quã in alium ex hæredibus: vt statuto Pictonum cauetur: vt not. c. ix.^{xx}. ij. iij. iiij. & v. Sunt autem nonnulli iudices non mediocri & authoritate, & legum, & vsus forensis peritia celebres, qui propterea quòd statutó permissum est patri vel matri, donare vni ex liberis res acquisitas, vel mobilia, huiusmodi donationẽ non putant conferendam, quãuis expresśim prohibita non sit collatio. Nã statutum aliter inutile existere arbitrantur, nec quicquam iuri communi addere. Ego autem cum plurimis eximiæ doctrinæ causidicis sæpè respondi, donationem huiusmodi mobilium, vel rerum quæsitarum conferri oportere: nisi contrarium nominatim sit expressum, vt probat tex. in authent. de trient. & semiss. §. illud quoque. j. colla. iij. Sed & nonnulli censent adiiciendam clausulam, vt & si is cui donatur, non teneatur conferre, cæteros tamen cohæredes ad conferenda à patre vel à matre accepta, posśit cogere: vt vitetur scrupulus, qui oboritur ex l. penulti. C. de

Quæ donare pater vel quiuis filio, vel alij ab intestatò heredi futuro potest.

Donata à patre vel matre filio, an sint conferenda.

Clausula qua in dubio tollitur collationis onus

C.de colla. Nam illic ſcribitur, cùm vni donatum eſt,qui conferre non tenetur:vt puta à patre donatum eſt filio in poteſtate conſtituto, ad collationem datorum ob cauſam dotis,vel aliam eiuſmodi cauſam,ſi velit reliquos liberos compellere, cogetur etiam ea conferre, quæ ſibi in poteſtate paterna manenti, donata ſunt: vt inter liberos ſeruetur æquabilitas. Sed & cùm mater inter liberos teſtamento ſui feciſſet patrimonii diuiſionem: eam ob cauſam ceſſare dotis collationem iudicatum fuerat, argumen.l. ex parte. §.j.ff.famil. herciſ. Contra tamen pronunciatum eſt in iuridicis conuentibus Andegaui habitis: quãuis in ſpecie illa mater ampliùs filiæ, quàm filio reliquiſſet: prout in themate §. illius contigerat, atque citatum etiam fuiſſet in eam rem conceptum Socini reſponſum. Proinde arbitror id eueniſſe, quod duorum aut trium ad ſummum ſententiis ſtatutum fuiſſet:ſicut in iis conuentibus, ſæpiſsimè fiebat, quò nulla pernicies maior potuit reipubli.vniuerſæ afferri, nedum forenſi. Ex hoc enim accidit,vt vix quid in litium altercatione ſit conſtituendum, ab omnibus & iudicibus,& cauſidicis.quod poſſit certò obtineri:quamuis vnus, item & alter iudicium edunt, quod exemplo in aliis rerum formis & ſpeciebus ſit futurum. Cùm antea ſemper ſingulari religione & grauitate ea

An ſi mater teſtamento filijs bona diuiſerit, ex eo cẽſeatur tolli collatio?

te ea

te ea iudicia proferri ſolita fuiſſent, & aſsidente conſiliariorum numero, qui regiis cõſtitutionibus definitus eſt.

Donatio inter vivos.

Donatio inter vivos eſſe potiùs præſumitur, quàm cauſa mortis.

DOnatio autem inter viuos in dubio eſſe magis præſumitur, quàm mortis cauſa: vt probat text. & ibi gloſſ. & Barto. in l. Seia. ff. de donatio. cauſ. mort. etiam ſi fiat ab infirmo: gloſſ. in l. penúlt. C. de donatio. cauſa mort. niſi in ea mortis fiat mentio. Quod ſi mortis mentio facta ſit, iudicatur eſſe mortis cauſa donatio: ſi in cauſam piam ſit collata. Idq́; maximè cùm ægritudo lætalis eſt, vt reſpondit Alexand. Imol. in conſil. xlj. in primo volum. Non tamen parui refert, quo orationis loco habeatur mortis mentio. Nã ſi in diſpoſitione quis mortis meminerit: vt puta, ſi ſe poſt mortem donare enuntiet, cenſetur mortis cauſa donatio. Proinde reuocari poteſt, & irrita efficitur, ſi donatarius ſuperſtite donatore ex humanis excedat, vt no. in l. j. & l. qui precio. & l. ſi alienam. ff. de dona. cauſa mortis. At ſi mortis meminerit in verbis executiuis: veluti, ſi poſteaquam purè quis donauerit, dicat ſe velle vti re donata poſt donatoris ipſius mortẽ vtatur donatarius, non ideo præſumitur eſſe cauſa mortis, ſed potiùs inter viuos, vt tradit Bal. in add

Quomodo refert, an in diſpoſitiuis, an in exequutiuis mortis fiat mentio.

Effectus diſcriminis huius

Exempla, cum mortis mentio habetur in verbis exequutiuis.

in additio.ad Specul.titul.de instrum. ædit. in vlti col.in versicul.si quis donat.in quam sententiam Ias.in l.quæ dotis.nume.4.ff.soluto matrimo.citat textus in l. quidam testamento.in princip. ff.de legat.j.concinítque textus in clemen.j.de præbend.Itaque cùm quis retento vsufructu donat, est donatio inter viuos, vt ibi affirmat Ias. & aliis etiam rationibus adductis respondit Alexã.Imol. in consil. xiiij. in j.col. Cæterùm si quis iubeat quem suis rebus post mortem vti, vel donet cùm moriatur, donatio causa mortis nõ idcirco putanda est, vt Ias. asserit in d. l. quæ dotis.nume.44.45 & 46. Sed & si adiiciatur mortis mentio in verbis dispositiuis, & addatur,vt donator reuocare non posit, inter viuos donatio existimatur, vt scribit Ias.in dicta l.quæ dotis.num. 31. adducítque text.in l.vbi ita donatur.& Bald. Paul. Angel.consentientes laudat.Quod si etiam exprimeret se velle mortis causa donare,subiiceret tamen se non reuocaturum, ea donatio inter viuos præsumeretur, vel si perpetuò eam se ratam habiturum donator, aliáue in eandem sententiam verba proferret: vt puta, si donatarii hæredum mentionem faceret,secundum dictam l.vbi ita donatur.ff. de donatio.causa mort.Bald.in l.ij.C.de iure dotium.& Paul.Castren.consil.xcviij. & Alexand.in supradicto consil.xiiij.quod tamen post

Exempla,quãdo in dispositiuis.

Clausula adẽptæ reuocandi facultatis potior est mortis mentione expressa.

men poſtremum arbitrarer locum habere, ſi diſertè ad donatarii hæredes rem donatam velle peruenire explicetur, vt ſentiunt Bald. & Salyce. in dicta l. ij. C. de iure dot. Quamobrem Iacob. ab Aren. Barto. & Alber. in l. ſi alienam. §. Marcellus. ff. de donatio. cauſa mort. repræhendunt gloſſ. ibi in verbo, acceperit: quia tradit donationem in qua mortis fit mentio, licet donator ſe non reuocaturũ promiſerit, donationem cauſa mortis, eſſe exiſtimandam. Quinetiam ſi huiuſmodi verba deeſſent, cõiecturis tamen nõnullis probabilibus deprehenderetur animus donantis is fuiſſe, vt quamuis mortis meminiſſet, nihilominus voluiſſet inter viuos donare, neque in poſterum ab ea recedere voluntate: veluti ſi geminatus actus acceſsiſſet, quo hæc volũtas declararetur, intelligeretur inter viuos donatio: videlicet in ſpecie l. cùm maritus. §. vlt. ff. de pac. dot. In qua mulier, ſi vir prior moreretur, fratri dotẽ reddi pacta eſt, iuſsitq́; vt frater dotẽ ſibi in eũ caſum reſtitui ſtipularetur. Ex his enim actibus iteratis colligitur inter viuos donandi voluntas, adeò vt mulieri non liceat reuocare, vt Bart. dubitando tamen, ſenſiſſe refert Iaſ. in dicta l. quæ dotis. nume. 34. cuius tamen ſententiam tuetur aduerſus Ioan. & Alexand. Imol. & Rapha. Cuma. in dicta l. quæ dotis. & confirmatur ex iis quæ ſcrib. in additio. ad Bart. in l. ſi

Si de donatarij hæredibus fiat mẽtio, an cenſeatur inter viuos donatio?

Quibus coniecturis inducatur præſumptio confectæ inter viuos donationis.

in l. si alienam. §. Marcellus. ff. de dona. causa mortis. Planè si testamento quoque fiat donatio, censetur inter viuos, nisi mortis (vt ante dixi) fiat mentio in verbis ipsius donationis dispositiuis, quoniã cõtractus potest fieri in testamento, vt tradit gloss. in l. hæredes palam. §. vlt. ff. de testa. præsertim si donatio fiat præsenti & accipienti. Nam si fiat absenti, tantum abest vt valeat instar donationis inter viuos, vt etiam non valeat tanquam donatio causa mortis, sed duntaxat vt legatum, vt scribit Bart. in l. j. ff. de donatio. causa mortis. & no. in additio. ad eum, in dicto §. Marcellus. & probat textus in l. cùm pater. §. eorum. & l. miles ad sororem. ff. de legat. ij. Sanè quoniam in donatione causa mortis requiritur, secundum ius commune, quinque testium præsentia: vt not. in l. vlti. C. de donation. causa mortis. si quis donet præsentibus paucioribus testibus, licet non valeat vt donatio causa mortis, valebit tamẽ vt donatio inter viuos: vt actus magis valeat, quàm pereat: vt tradit Alexand. & Ias. in dicta l. quæ dotis. & ante eos Paul. Castr. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. Verùm hodie moribus nostris aliud esset dicendum. Nam cùm in testamentis ordinandis mores nostri duorum testium præsentiã duntaxat exigant: vt tradit Boer. in cõment. consuetu. Bitur. titu. de testa. §. j. & cij. cvij.

Donatio inter viuos in testamento fieri potest.

Quando causa mortis donatio valeat iure legati.

Donatio causa mortis in donationem inter viuos quãdo transeat.

ſtatuto Pictonum noſtrate ſufficiat duorum teſtium & notarij vnius,vel loco eius, parro chi, vel eius vicarii præſentia, vel etiã teſta torẽ ſua manu teſtamentũ ſcripſiſſe,& chiro grapho proprio ſubnotaſſe, vt tradit titu.de teſtamẽ.§.j. iudicaretur huiuſmodi donatio cauſa mortis potiùs,quã inter viuos:ſi mentio mortis in verbis diſpoſitiuis haberetur. Quoniam quo modo concepta eſt,eo poteſt conſiſtere. Sed quia nouiſsimis principalibus noſtratis Galliæ conſtitutionibus capit. vj.xx.xiij.cautum eſt, vt donatio non valeat, niſi eam donatarius præſens,& ſub notariorum conſpectu accipiat: ſi donatio facta ſit abſenti inter viuos diſceptatum eſt, an valeat ſaltem vt legatum: ſicuti ſuprà diximus, mortis cauſa donationem abſenti iure legati,vel fideicommiſsi defendi. Et quidem arbitrantur plerique, tanquam legatum, vires eam habere donationem, vt probatur ex iis, quæ ſcribit Iaſ.in l.j. §. ſi quis ita, nume.17. & 18.ff.de verbo.obliga. Nam(vt inquit) in his, quæ ex voluntate duorum pendent, ſi non valet actus prout agitur, valet vt valere poteſt:cùm actus non ſint diuerſi, & facilis ſit ab altero ad alterum tranſitus, vt puta in donationibus inter viuos, & cauſa mortis, & legatis, quoniam in omnibus his caſibus eſt ſemper donatio. Tum eam conſtitutionem interpretamur locum non obtinere in legat

An donatio inter viuos cõcepta, ſi non valeat vt inter viuos, valere poſſit, vt cauſa mortis donatio?

legatis, vel mortis causa donationibus, licet cõstitutio verbo vtatur generali: nempe de omnibus cauet donationibus. Sed ad eas restringimus, quæ inter viuos fiunt, vt nuper Rex edicto suo in eam rem lato declarauit, mense Februario 1549. quod in curiæ supremæ Paris. acta relatum fuit, die 4. Martii eodem anno. Quin iure communi donatio absenti facta valebat, vbi de ea factum erat instrumentum, notariúsque pro absente stipulabatur, vt scribit Bart. in l. tam is. §. filius. ff. de don. cau. mor. in j. quæst. quæ tamen in donatione causa mortis loquitur, atque etiã donatarii præsentiam desiderat, sicut in inter viuos donatione. Sed & Guido Pap. in decisio. Delph. quæst. xix. id extendit ad donationẽ inter viuos: quod & confirmat text. in l. si aliquid. ff. de donatio. & not. in addit. ad Specul. titu. de instrum. ædit. §. porrò. in gloss. super verb. *forma*. Præterea cum ea lege permittatur per epistolam donare, multò magis licet per publicum instrumentum, notario stipulante, & acceptante. Insuper Guido Pap. istic tradit dominium in donatariũ transire, antequàm acceptauerit, licet Paul. Castr. in consil. cxxvij. scribit, ius donatario non quæri, antequàm ratum habeat. Similiter Bald. in l. nec idem. ff. de adoptio. tradit, si pax intra certum tempus debeat fieri, post tempus non potest rata haberi: etiam intra

Ratihabitio post tẽpus rei faciendæ præstitutum facta, in cuius valeat damnum.

tempus facta interueniente notarii stipulatione. Sed id intelligendum est, in tertii, cui medio tempore ius quæsitum est, incõmodum: secus autem si ad donatoris, vel eius hę redum damnum solummodo res spectaret. Nam post tempus admitteretur, atque etiam post donatarii mortẽ, hæredes eius possent ratam habere donationem, vt tradit Bartol. in l. bonorum. ff. rem ratam habe. & Alexan. Imol. in l. eius qui in prouincia. ff. si certum peta. & comprobat text. in l. sed si sine. ff. rẽ ratam hab. At cùm hæc quæstio ex facto cõtigisset: mater enim donauerat vni ex filiis absenti mobilia sua, & res à se acquisitas, hoc addito, vt donatio esset irreuocabilis, & cõstituerat se res donatas donatarii nomine possidere, quoniã ea donatio in testamento facta erat, eiusdémq; testamẽti executio donatario fuerat commissa, donatarius mobilia donata occupat, hæredes aduersus eum interdicto vti possidetis experiuntur. Is autem se tuetur, quod ex statuto Pictonum translata sit possessio mobilium in seipsum, vt pote testamenti executorem. Quantum verò ad res soli spectabat, se earum possessorem contendebat, ob clausulam constituti in donatione appositam. Rursus actor replicabat, donationem non valere: quia inter viuos, & absenti facta fuerit, neque actis publicis insinuata superstite donatrice: secundum

noui∫∫

nouiſsimas conſtitutiones promulgatas mẽſe Auguſto 1539. c.vj.[xx].xij. Reus verò duplicabat hanc donationem valere ſaltem inſtar legati, vel fideicõmiſsi. Iudex autem ex tempore ſecundum hæredes eoſdémque actores de fiduciaria & irreuocabili poſſeſſione pronunciauit: à quo donatarius prouocauit. Appellationis autẽ controuerſia ſplẽdidè accuratéque à duobus nobiliſsimis ſupremæ Pariſ. curiæ aduocatis perorata eſt, nempe a Do. Petro Seguierio, nunc meritiſsimo apud eandem curiam regio patrono, & à Do. Chriſtophoro Thouano, regio etiam ſilẽtiario, ſeu ſecretario. Itaque libuit mihi inſigniores legum ſententias, & interpretum iuris authoritates quas vterque adduxit, huc tranſcribere. Et quidẽ Seguierius pro donatario & appellante attulit tex. in l. cùm pater. §. donationis. ff. de legat. ij. cuius ſpecies eſt huiuſmodi: Donationis prędiorum epiſtolam verbis fideicommiſsi nõ ſubnixam in æde ſacra depoſuit, & ad æditumm literas ſcripſit. Inſtrumenta voluntatis meæ filio meo poſt mortem tradi volo, hoc fideicommiſſum ſubſiſtit, non enim quæri oportet cum quo de ſupremis iudiciis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. Nec contra vrget, quod dictio irreuocabilis appoſita ſit in ea donatione: vt ex ea cenſeatur inter viuos donatio: quoniam

in contractibus in quibus stricta est interpretatio facienda, hæc clausula de non reuocando contractum vitiatur, & contractum non vitiat. l. cum precario. ff. de precar. vbi hoc Bar. infert ad clausulam de non reuocando in testamento adiectam, vt vitietur, nec testamentum corrumpat. Et quamuis aduersari videatur l. per seruum. §. j. ff. de vsu & habit. Tamen Bald. in dicta l. per seruum. hanc antinomiam tollit, distinctione ad rem appositissima. Nempe aut clausula quæ contra naturam dispositionis inseritur, tendit ad augmentum, vitiatur, & non vitiat dispositionem, vt dicta l. cum precario. Aut ad detrimentum dispositionis vergit, vitiat dispositionem. Ratio enim huius discriminis est, quòd in priori specie esset absurdũ, vt inducta ad augendum, diminuerẽt: in altera autem specie dum testator de legato detrahit, declarat nolle legatum esse integrũ: & quia dimidiatum non potest consistere, ideo totũ corruit. Porrò in hac qua de agitur specie, nihil est ad diminuendum dictũ, sed totum adiectum est ex abundantia voluntatis: nam sic volebat filio legare mater, vt nolet vnquam reuocare posse. Tum enixæ voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectæ videntur, dicta l. cùm pater. §. filius matre. Præterea text. in l. vbi ita donatur. ff. de don. causa mor. qui tradit, si

in donat

in donatione causa mortis hæc dictio irreuocabilis adiiciatur, facit donationem causa mortis transire in donationem inter viuos, ita est intelligendus, quia donatio poterit tanquam inter viuos valere. Alioqui si ex eo transitu dispositio vitiaretur, non admitteretur eiusmodi transitio, quippe in dubio actus ita est interpretandus, vt potiùs valeat. quàm pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. Atque ita l. illam vbi ita donatur, intelligunt, & limitant Paul. Castr. in specie in consil. lxxv. in secunda parte consil. & Alexand. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. obliga. hîc autem si legatum transferatur in donationẽ inter viuos, dispositio vitiatur: quia donatarius abest, & ignorat, & insinuatio deest. Non est ergo admittẽda hæc interpretatio. Ex aduerso Thouanus respondebat, dictum §. donationis, nihil officere iuri hęredum & appellantis aduersariorum: quoniam ibi constaret defunctum voluisse suprema sua ordinare: vt liquet ex illis verbis, non refert, cum quo quis de supremis suis loquatur. At hîc nullo modo defuncta voluit vltimam voluntatem condere, cùm clausulam de non reuocando adiecit. nulla autem analogia & proportio est inter donationem inter viuos, & causa mortis donationem, cùm hæc reuocari possit, altera autem non. Deinde quod appellans proposuit, eam esse interpretationẽ

ſumendam, qua actus valeat, non perimatur: id pluribus modis reſtringitur. primũ, quando verba patiũtur, vt ſcribit Areti. in l. à Titio. ff. de verbor. obligat. per textum in l. tutores. §. j. ff. de adminiſtra. tuto. Tum quando non fit aliquid contra voluntatem diſponentis, ſuſtinetur actus eo modo, quo valere poteſt, vt tradit Paul. Caſtren. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitut. Ad hæc pro validitate actus non debet præſumi, vbi quis indebitè damnum pateretur. l. vlti. §. in computatione. C. de iure delib. Inſuper hoc tantum eſt in præſumptione, at fortior præſumptio minorem elidit. l. Diuus. ff. de in integr. reſtitut. Fauor autem liberorũ contrariam præſumptionẽ inducit, qui quidem fauor præſumptionem, quæ naſcitur ex validitate actus, ſuperat, vt probat textus in l. ij. ff. de iniuſto & irrito fact. teſta. quin vt liberi inter ſe exæquentur, ſumitur ea præſumptio, quæ aliàs non acciperetur. l. quæſitum. §. ſed ei ipſe. ff. de fund. inſtru. & Deci. conſil. cxxij. j. volu. & l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. Inſuper non adiecit donatrix, vt vellet omni meliori iure donationẽ valere, igitur noluit. l. vnica. §. ſi autem ad deficientes. C. de caduc. tollend. Curia verò his auditis altercationibus rem intimo cõſilio agitandam decreuit. atque vt litigantes agerẽt coram duobus eiuſdem curiæ conſiliariis

liariis de ſequeſtris apud quos mobilia controuerſioſa deponerentur, quíque acquiſitas res immobiles litigioſas publicè poſsiderẽt. Sed ne quis ἀτόπως exiſtimet illa quæ à Do. Seguierio citata ſunt, fuiſſe in medium prolata, quòd magis ad dominium rerum donatarum, quàm ad poſſeſsionem pertinent, cõſilio ipſius Seguierii porrectus fuerat Curiæ ſupplex libellus: vt ea petitorium vnà cum poſſeſſorio terminaret. Igitur contendebat æquè in petitorio ac poſſeſſorio Seguierius vincere: ſed quæ pro appellantis poſſeſsione dixit, hîc omittimus: quia à ſermone propoſito aliena, quanquam eorum nonnihil alibi intexuimus ſuo quidem loco. Verùm accepimus areſto poſtea lato ſententiam à qua fuerat appellatum, fuiſſe confirmatam. Citat quoque hoc areſtum Pet. Rat, in comment. Picto. conſuetu. c. ij. cc. vij. Ego autem ſi quid iudicii inter tantos proceres liceret mihi interponere, Seguierii partes arbitrarer æquiores: licet Thouani cauſa iuris ſubtilitate videatur ſuperior. Sed & conſtitu. regiis æditis anno 1539. c. vj. xx. xiij. ſancitum eſt, vt eæ donationes, quæ abſente donatario fiunt, notario etiam pro abſente illo ſtipulante, non priùs robur ſumant, quàm eas donatarius corã donatore ratas habeat, & acceptet. Itaque ſublata eſt vetus ea concertatio, an donari poſsit abſenti, de qua in

Quando rata haberi debet donatio, & quomodo.

l, abſent

l.absenti.ff.de don.& in l.nec ambigi.C.eo. Verùm consti.regiis promulgatis die quarta Martii 1549. edictum est: vt absente donatore donationes à donatario acceptari possint, præsente quidem notario, vel persona alia publica, & duobus testibus, vel duobus notariis, dummodo donationis instrumentum monumentis, vel scriptura acceptationis inseratur. Quin & aliis constitutionibus à Rege Francisco æditis interpretatio suæ prioris sanctionis fuerat emissa: qua eam ratihabitionem & acceptationem per procuratorem specialiter datum expediri posse permiserat: quod tamen abs re in dubium fuerat vocatum. At meritò dubitatum est, an donatio mutua inter virum & vxorem eorum superstiti facta insinuationem exigat: quoniam ad donationis inter viuos factæ magis videatur accedere, quàm ad donationis causa mortis naturam: vt tradit gloss. in l. neque vllam. §. omnibus. ff. de donat. inter virum & vxorem. vbi ait, quod reuocata huiusmodi donatione fructus non restituuntur, & ideo etiam decertatum est, an donatio simplex ab vxore xxv. annis minore facta valeat. Nam quod ad mutuam inter coniuges xxv. annis minores factam pertinet, omnibus in confesso est eam subsistere, vt probat textus in l. si pater puellæ. C. de inoffic. testa. Sed tandem hæc vicit sententia: vt insinuatio

Donatio inter virum & vxorem an sit insinuanda?

nuatione non egeat. Tum quia donationi causa mortis æquipararetur, quòd morte duntaxat confirmetur. Tum quia prouisio quædam inter eos honesta est, ex dubio pendẽs euentu ob reciprocam conuentionem: atq; ita respondit Oldrad. in consi. cxxxix. Saly. & Ias. scribunt in l. si pater. suprà alleg. Itaq; cùm hæc controuersia ad supremam Paris. curiam peruenisset, fiduciariam possessionẽ donatario adiudicauit: de plenissima verò possessione intimo consilio ea curia decreuit constituendum.

NEc verò prætereundum est, quamuis c. vj.[xx].xij. supradictarum constitutionũ sit sancitum, vt omnes donationes insinuentur apud acta tribunalis regii vnius cuiuscũque præsidatus, in cuius territorio & donator, & donatarius, & res donatæ existunt: alioqui nullas habituræ sunt vires, nec robur incipient recipere, nisi ab insinuationis die. Idq; quod ad donationes pertinet, quæ in donatarium præsentẽ collatæ erunt. Tamen intelligimus eam constitutionem non pertinere ad donationes causa mortis, vel legata, aliásue donationes quę nõ nisi morte confirmantur: vt puta inter virum & vxorẽ, vt not. in l. cùm hic status. ff. de donat. inter virum & vxorem. atque inter patrem & filiũ in eius potestate cõstitutum. Nam cùm non nisi ex morte robur & stabilitatẽ assumant, frustran

Quæ donationes insinuationum sanctioni subiaceãt.

frustraneũ esset, ante mortem eas apud acta illa profiteri:ídque asserit Guid. Pap. decis. Delp. quæst. ccxxv. in donatione causa mortis, licet alia moueatur ratione, nimirũ quia quinque testibus sit munita: citátque l. vlti. C. de donatio. causa mor. & gloss. in l. si quis pro redemp. §. vlti. C. de dona. & Specul. titul. de instru. ædit. §. porrò. qui est vlti. eius titul. versic. & nota. Deinde cum vetustissimis Galliæ moribus hæc insinuationum solennia desuetudine essent antiquata, non ita sunt producenda, vt in tam arctum voluntates hominũ coangustentur: quod semper legumlatoribus curæ fuit, vt probat textus in l. vlti. C. vt act. ab hæred. & contra hære. incip. Proinde vt μισανθρωπίαμ quandã redolentes hæc & aliæ ex eadem officina deprõptæ constitutiones, iã maxima ex parte exoleuerunt, atque edicto huius regis Henrici hoc nomine secundi promulgato mẽse Martii die quarta 1549. constitutum est, vt donationes quæ reuocari possunt, veluti causa mortis, & legata insinuationi non sint subdita, & sufficiat apud tribunal regiũ & præsidiale eius regionis in qua res donatæ sunt sitæ, insinuentur. Aliæ autem vniuersæ donationes etiam si propter nuptias factæ sint, insinuationis legi sunt obnoxię. Quippe vbi extraneæ etiam personæ ita sibi mutuò bona donant, vt ad eum, qui superstes erit, illa deferant

Donatio inter aliquos facta, vt ad

ferantur: censetur hæc esse mortis causa donatio, vt not. Alexand. Imol. in l. licet inter priuatos. C. de pactis. Ioan. Fab. in l. j. C. de inoffic. dona. & Ias. in dicta l. quæ dotis. ff. soluto matrimo.

eorum superstitem res donatæ perueniant, est mortis causa donatio.

DOnatio autem à patre filiofamiliâs in eius potestate constituto, subsistit, nec potest reuocari, si dotis causa, vel propter nuptias fiat: vt not. in l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. herciscun. Bal. in l. Pactũ. in ij. oppos. C. de colla. & Guid. Pap. in decisio. Delphi. quæst. cxlv. Alioqui non valet: quod vtique accipiendum est, vt licet non valeat tanquàm donatio inter viuos: quia huiusmodi donatio inter patrem & filium facta potest reuocari, si tamen non fuerit reuocata, morte confirmatur: vt nota. in l. ij. C. si quis alte. vel sibi. text. in l. donationes quas. C. de dona. inter virum & vxorem. & fideicommissi vel legati instar habetur: vt tradit Ias. latissimè in authentic. ex testamento. C. de collatio.

Donatio a patre ipsi filiofamiliâs dotis, vel donationis propter nuptias facta valet, nec reuocari potest.

Donatio mutua, vel remuneratoria.

DOnatio sanè mutua, vel remuneratoria, inter personas donare prohibitas, valet: cùm ea pro titulo habeatur oneroso. leg.

Attil

Donatio mutua vel remuneratoria inter personas

donare prohibitas an valeat.

Attilius.ff.de donat. Ideóque est ob ingratitudinem irreuocabilis.l. si pater. §. vlti. & ibi gloss.ff.de donatio. Quod autem ad mutuam donationem spectat, intelligẽdum est, cùm rerum mutuò donatarum non iniqua multum est inter ipsas æstimatio. Nam quatenus res alteræ alteras precio exuperant, ea donatio simplex esse censetur. Ideoque inter prohibitas personas nullius est momenti, vt respõ. Roma. consil. cccccxvij. & Deci. cõsi. ccij. Nec tamen excessus habetur ratio exigui. l. continuus. in princip. ff. de verbor. obliga. Sed & in aliis etiam æquabilis debet esse analogia & proportio. Itaque si alter donantium sit iuuenis, aut corpore valido, alter autem senex (vt aiunt) capitularis, aut vehementer ægrotans, inutilis est hæc donatio. Decius consil. xlvj. & Alciat. in l. j. C. de pact. argument. l. verum §. quod si minor. ff. de minorib. Atqui si multis annis alter non est altero prouectior ætate: vt puta, si altero sit alter quatuor vel quinq; annis maior tantummodo, consistit donatio: vt probat text. in l. de fideicommisso. C. de transactio. Istic enim alter maior, alter minor erat: vt eam l. solerter expendit Angel. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. & Alexã. consil. xliij. in ij. volu. ad stipulatur l. iam hoc iure. ff. de vulga. Hæc autem Fusius commemorat, & persequitur Do. Andr. Tiraquell. in com

An in omnibus debeat esse æqualitas in mutua donatione?

in commentar.l.si vnquam.C. de reuoc.donatio.super verbis,donatione largitus. Sed statuto nostro Picto.c.cciij.cautum est, donationem inter coniuges mutuam,licet in rebus donatis non sit æquabilis,valere. Quin & idem statutum c.ccij.expresſim ait,virum & vxorem mutuò sibi donare posse res mobiles,atque eas quæ soli sunt, & à se fuerunt acquisitæ,nécnon tertiā antiqui patrimonii partē,eásque donationes valere.Itaque cùm non valeat tanquam donatio mutua, valere vt simplex debet donatio. Quapropter hæsitatur à quibusdam, an in huiusmodi donationibus requiratur meritorum specialis assertio,& probatio:veluti in donatione facta ab eo,qui per legem prohibetur donare. sicuti not.per Bartol.in l. & si fortè.ff. de castrens. pecul. Nam generalem meritorum enunciationem inter personas donare prohibitas nullius esse momenti, scribit Decius consi.xx.& Ias.cons.cliiij.lib.ij.nisi ad hoc, vt tam exacta meritorum probatio non desideretur, quàm si de meritis nihil commemoratum fuisset. Quippe cùm ea generali meritorū asseueratione satis est,adesse nonnullas verisimiles coniecturas, vt tradit Ias. consil.suprà cita.& Deci.consi.ccij. & Saly. in l.si mater. C.de contrah.empt. Proinde necessaria est specialis meritorum asseueratio & probatio ex quorundam sententia, vt

Meritorū specialis assertio, & probatio an requiratur?

 Paul.

Paul. Castr. in l. si pater. C. de inoffic. dona. Alii autem existimant nullam hodie exigi apud nos meritorum probationem, quamuis asserta fuerint: cùm statutum donationes eiusmodi permittat, & valere velit. Ius autẽ scriptum eas non valere, sed morte duntaxat confirmari sanciat. proinde meritorum assertionem, veluti superuacaneam, donationi non officere, vulgata iuris regula: Non solẽt quæ superabundant, vitiare scripturas. Alii verò contrà opinãtur, nihil de iure scripto, quantum ad id spectat, esse immutatũ: quippe etsi statutum liberè permittat donare, nõ continuò sequitur, si merita asseuerentur, non oportere ea probari, cùm videantur merita adiecta instar causæ primariæ, seu finalis donandi. Deinde statutum ita esse accipiendum affirmãt, vt minus ius commune lædat, secundum not. in l. ij. C. de noxa. act. Idque præsertim, ne statuentes videantur tot iura, tantis vigiliis excogitata, semel vnica oratione antiquare: vt not. in l. si quando. C. de inoffic. testa. Verùm priori adhæserim sententiæ: vt scilicet statuentium mẽtem interpretemur eam fuisse, quæ ab eiusmodi scrupulis, qui de meritorũ asseueratione & probatione, magis à legum interpretibus, quàm à legibus ipsis iniecti fuerant, homines liberarent, donationes inter virum & vxorem liberas esse concederent: intra modum tamẽ

à statut

à statuto præscriptum. Sed & Paul. Castr. in l. si pater puellæ. C. de inoffic. testa. tradit si coniuges mutuò sibi donent, hoc expreſsim addito, vt sit inter viuos donatio, nec reuocari queat, eam donationem statim valere, nec expectari mortis euentum ad eius confirmationem, sed morte contingente, etiam si non interuenerit traditio, res donatas peti poſſe, vel si omnium bonorum præsentiũ sit donatio: neque vllam meritorum faciat mentionem. Verùm vt omnis faceſſat dubitatio, si cui illa meritorum aſſeueratio placeat, meminerit hanc subiicere clausulam. nempe eas donationes spontanea donantiũ voluntate, purè, simpliciterque fieri, eáque sola ratione, quod ita sibi ipsi cõplacitũ est.

In donatione inter cõiuges mutua, an liceat paciſci, vt non reuocetur.

Clausula in donatione inter virum & vxorem adijciẽda, vt tollatur dubitatio de meritorum aſſeueratione

Quid in donatione mutua requiritur.

DOnatio porrò mutua etsi ex interuallo facta sit, est tamẽ inter personas quibus donare permittitur, efficax. l. sed & si lege. § consuluit. ff. de petit. hæred. & ibi Angel. & Iaſ. consi. clxxj. lib. iiij. quibus suffragatur l. cùm quis. C. de natu. liber. Quod autem ad personas donare prohibitas pertinet, huiuſmodi donatio mutua vires nullas habet, vt tradit Barto. consil. clxij. quamquam Petrus à bella Pert. sentiat contrarium: in l. dona-

An in donatione mutua requiratur, vt incontinenti alter alteri donet?

tiones. C. de donatio. inter virum & vxorē. nempe eam valere donationem. Sanè incōtinenti facta censetur, si eadē die fiat vt probat. ex not. per Bald. in l. petens. C. de pact. Nec verò id probare possum, quod scribit Chassa. titu. *des enfans de plusieurs lictz*. & tertio. in princip. in comment. consuetu. Burgund. vbi ait donationem ipsi filiofa. factā, non valere, & si fiat, esse conferendam: quoniam & si non valeat mero iure, morte tamē confirmatur, vt probat textus in dicta l. donationes. Quo fit, vt quādiu est in patris potestate posit eam pater reuocare: vt nominatim statuto Picto. c. ccv. traditum est: nisi matrimonii contēplatione facta fuerit: tunc enim non potest reuocari: vt probat text. in l. Pomponius. ff. famil. hercisc. & eam asseruit Guid. Pap. quæst. cxlv. cuius opinionē licet improbet Chassaneus istic, vsu tamen ea recepta est. Quin hæc donatio filiofamiliâs facta non confertur, quando morte solummodo confirmatur, cùm tunc relicti vel legati vires tautū sortiatur: vt suprà diximus.

Donatio facta filiofami. morte tantum confirmatur, nisi vbi causa dotis vel propter nuptias fiat.

DOnata res censeri debeat acquisititia, néc ne sententiis variatum est. Nam alii existimant, rem donatam non venire rerum acquisitarum nomine, quoniam in societatem bonorum non veniant ea, quæ ex donatione obtigerunt, cùm tamen in socie-

Donata res an censeatur acquisita, an antiqui patrimonÿ?

tatem

tatem conferantur, quæ ex socii quæstu sunt comparata, vt probat textus, in l. coiri. ff. pro socio. Alii verò arbitrantur contrà, donatam rem inter acquisitas numerandam. Est quippe aliud genus acquisitionis donatio. §. est & aliud. instit. de donat. In quam sententiã it nominatim stat. Picto. c. xiiij.^{xx}. iiij. Vult enim, vt si quid vni ex sociis donatum sit, id cõmune aliorum sociorum efficiatur: vel si solũmodo rerum mobilium, & immobiliũ acquirendarũ societas tacitè cõtrahitur: nisi illud nominatim actum sit, ne in societatem veniat. Pleriq; autemt existimant interesse, an res donata sit antiqui patrimonii. Nam tum si ei donetur, qui ex generis agnatione, vel cognatione in eam rẽ erat successurus, semper originis seruet naturam, & ita res antiqui patrimonii habeatur, citant, eiúsq; opinionis laudant authorem Io. Fab. in procœ. insti. in verbo, Alemanicus. Vbi ait decimas infeudatas à patribus donatas filiis, non censeri translatas, nec acquisitas filiis, & ideo ecelesiæ eas non acquiri, cùm filii in eas essent successuri: adducítque text. in c. j. de vasall. decre. æta. & text. in l. j. §. quod autem. & §. sed & si libertus. ff. si quid in fraud. patron. Quippe text. in dicto c. vnic. de vasal. decr. æta. ait fundum abdicatum à vasallo ipsi domino ea lege, vt in abdicãtis filios, conferret, censeri paternum. Atque text. in

dicto §.quod autem.hæc habet verba: Quod autem mortis causa filio donatum est, non reuocatur. Nam cui liberum fuit filio donãdi quantum vellet arbitrium: is donando nõ videtur fraudasse patronum. & §.sed & si libertus.ita loquitur: Sed & si libertus filiam dotauit, nõ videtur fraudare patronum. Verùm prima opinio supre. Paris. curiæ iudicio comprobata est, scilicet, vt res donata vndecunq; proficiscatur, sanè siue ex succesione, siue ex acquisitione facta fuisset donãtis, debeat donatarii acquisitio censeri. Et si enim res sit antiqui patrimonii, qui tamen eam donauit, is potuit perdere: adeò vt agnati, vel cognati donantis alienationẽ reuocare non potuissent. Sanè Do. Andr. Tiraquell. in cõmentar. titu. de retr. ligna. §.xxxj. in glo. vnica. nume. 43. ad nume. 53. copiosè hac de re disserit. & posteaquàm affirmauit, pro ea parte, qua donatarius successurus erat huiusmodi rem censeri patrimonialẽ duntaxat, subiũgit, se audiuisse à Senatu Paris. in cuius albo conscriptus aliter iudicatum, nempe vt si ab ascendentibus donetur, id censeri patrimoniale, quod si à collateralibus, existimari acquisitum, citátq; in dicta l.j. de impo. lucrat. describ. lib. x. C. illud siquidem non satis est expeditum, an liberi etiam à patre in aliam personam translata, vsque ad legitimum bonorum subsidium posſint retractare: Nam

plerique

plerique contrarium existimauerunt, vt refert Bald. in l.j. C. si quid in fraud. patron. quamuis Hostiens. in c. Raynutius. per eum text. de testa. contrarium sentiat, & Paul. Castren. in l.j. C. de inoffic. dona. distinctioné multiplicem super ea re exaggeret. nempe si facta fuerit venditio, nec pretii numeratio interuenerit, sed sola recepti ante venditionem pretii confessio, tunc reuocari possit vēditio: quoniam præsumitur in fraudem facta confessio: aut si minus iusto pretio facta sit. Ego autem magis Hostiens. opinionem probarim, vbi omnium vel maioris partis facta esset venditio, vt tradit text. in l. omnes. §. Lucius. ff. de iis quæ in fraud. credit..

Diploma Pont. Max. an fidem faciat.

Diploma pontificis maximi (quam signaturam vocāt) vtrum fidem faciat

DIplomatis à summo Pontifice super sacerdotii collatione iudex (quam vulgò signaturam vocāt) plenam facit fidem, quod ad fiduciariæ & irreuocabilis possessionis illius sacerdotii adiudicationem spectat, si nummulariorum, vel trapezitarum, qui eiusmodi sacerdotiorum impetrationibus dant operam, testimoniis approbentur. Id autem vt fiat, iudex apud quem lis agitur, super sacerdotii possessione, id nominatim debet

permittere, atque id negotii iudicii eius loci, in quo trapezitæ commorantur, delegare: qui accitis, seu citatis iis, quorũ interest, exhibito priùs iureiurando ab iis trapezitis, eos super iudicis illius approbatione & veritate percontabitur. Et quamuis antea eo iure tũ quidem solummodo vtebamur, quũ per bellorum tumultus & discrimina non liceret Romam ea de re petere. Nuper tamen hoc indiscriminatim permittunt supremæ curiç: quod est certè æquissimum, vt litigantes ab infinita pecuniarum erogatione, quæ in eorum iudicum exempla latius longiúsque describenda, siue (vt dicunt) in formam redigenda fiebat, liberentur.

Delegans an ex delegati facto teneatur.

DElegans actum illum, ad quem fuerat nominatus, si delegatus perperam eo nomine defungatur, delegans tenetur. l. vel per literas. ff. si mensor fals. mod. dixe.

Dominium ex sola voluntate non transfertur.

DOminium ex sola voluntate abdicari non potest: nisi in alium transferatur. l. nec vtilem. ff. ex quib. caus. maio.

Dominus quis.

Dominus quis eorum, quæ mortis tempo

DOminus quis eorum præsumitur, quæ ipso tempore mortis possidebat: vt no. gloss. in l. j. C. de priuileg. fisc. quam ad hoc citat

citat Guid. Pap. in decisio. Delph. quæstio. ccccxlij.

re possidebat præsumitur

DEbitori debet pecunia restitui à creditore, pendente inter eos controuersia, in quam causam solutio eius pecuniæ debeat cedere. Bartol. in l. j. ff. de solut. Quod tamē nō facilè sequerer: quoniam cū constet eū, qui soluit debitorem esse, ideóque iustè ad creditorem pecunia illa peruenerit, retineri tantisper potest, quoad liqueat, in quam causam acceptò ferenda sit. Nam pignus etiā ob chirographariam pecuniam retineri potest, vt not. in l. vnic. C. etiam ob chirogr. & ibi gloss. & Ioan. Fab. qui ait l. illam in omni debito, etiam sine chirographo, locum habere. Accedunt not. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condictio. indeb. Atque hoc moribus nostris magis esset consentaneum: quibus interdictum est, vt pendente summa & principali controuersia, solutio pecuniæ fiduciaria creditori satisdato fiat, cùm de debito scriptura publica profertur.

Debitori an pecunia sit restituenda pendēte inter eos lite, in quam causam accepto sit ferenda.

Donatio causa mortis.

DOnans causa mortis, si rem tradiderit, & postea conualescat, pœniteátque donationis, potest rem donatam cum fructibus repetere. l. cùm quis mortis causa. ff. de con-

Donatio causa mortis in casu reuocationis, vnà cū fructibus reuocatur.

dictio.ob cauſ. quod tamen locum non habet in donatione inter virum & vxorem, vt ſuprà explicuimus.

Donatio à patre filio mortis cauſa facta: vt poſt mortẽ alteri reſtituat, an intelligatur, ſi donatarius ſine liberis decedat.

DOnatio ſi à patre filio mortis cauſa fiat, vt poſt mortem alteri reſtituat, non intelligitur, ſi filius ſine liberis deceſſerit: imò ſi liberis ſuperſtitibus moriatur, res donata alteri reſtituenda eſt: quamuis aliud in fideicommiſſo obſeruetur. Nam ita demũ fideicommiſſum debet reſtitui, ſi ſine liberis filius vita excedat. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. atque ita nominatim aſſerit Paul. Caſtren. in l. ſi cui. ff. de dona. cauſa mortis. citátque gloſſ. in l. j. C. de dona. cauſ. mort. At ſcrupulum huic ſententiæ iniicit, quod idem Paul. in dicta l. is cui. paulò ſupra locũ illum affirmat: quod quamuis in donatione cauſa mortis fieri poſsit ſubſtitutio, ſi ſubſtitutus ſit præſens, & recipiat: tamen ſi fuerit abſens, non dicetur donatarius, ſed fideicõmiſſarius, id eſt, ea ſubſtitutio non valebit tanquã donatio, vt pote quæ donatarii præſentiam exigat, ſed valebit inſtar fideicommiſsi, vel legati. Nam eorum quibus mortis cauſa donatum eſt, fideicõmitti quoque tempore poteſt. l. cùm pater. §. eorum. ff. de leg. ij. Ergo conſequitur vt veluti in fideicommiſſo intelligitur, vt liberis non extantibus extraneo reddatur. l. cùm auus. ff. de condit.

& dem

& demonſ. & latiùs ſuprà expoſuimus, ſuper verbo cõditioni. ita in huiuſmodi donatione exiſtimandum, quæ non ſuapte vi valet, ſed iure fideicõmiſsi. Aequiparatorũ quippe eadem eſt diſciplina, vt nota. in l. j. ff. de legatis primo.

DOnare quis non poteſt alij ex hæredibus, qui iuris præſumptione ei ab inteſtatò ſunt ſucceſſuri, vltra ratam patrimonii ſui antiqui partem, quæ ad illum ex hæreditate eſt peruentura, vt not. ſtatut. Picto. cap. clxiij. Sed cum alio eorundẽ ſtatutorum c. cxc. cautum ſit, ſi quis non habeat, niſi mobilia, non poſſe donare vltra tertiam eorũ partem: atq; ſi res à ſe quæſitas ſolummodo habeat, licere ſibi earum tertiam tantum partẽ donare, in dubium vocatum eſt: háncne mobilium, vel rerum quæſitarum tertiam partẽ vni ex his, qui ab inteſtatò ſibi ſucceſſuri ſunt, poſsit largiri. Et quidem plerique negant: quoniã diſertè & expreſsim in c. cxlix. & aliis c. eor. ſtatut. tradatur, aliquem non poſſe conditionem vnius ex iis, qui ſibi ſunt ſucceſſuri, meliorem in ea re, quæ ſibi hæreditate obtigit, facere. Itaque etſi ſtatutum cõparauerit, & exæquauerit res mobiles & acquiſitas, rebus hæreditate delatis, quantũ ad hanc ſpeciẽ pertinet, vt ampliùs tertia parte non liceat donare, non continuò id ad aliã ſpeciem

An non extante antiquo patrimonio quis præſumpto heredi ab inteſtato venienti poßit donare rerum à ſe quæſitarum tertiam partem?

ſpeciem transferendum eſt, vt nihil omnino rerum mobilium & quæſitarum ex præſumptis hæredibus alicui donare fas ſit. Nã liberius in donandis rebus à ſe quæſitis arbitrium vnicuique permittendum eſt, quàm in hæreditatis, quæ à maioribus obuenit donatione. Ea quippe quaſi debetur. l. & plerunque. ff. pro ſoc. Quapropter cùm in hoc caſu diſsimilis ſit ratio, ad hunc non debet aliud ſtatutum extendi: præſertim quia à iure communi diſcrepat, vt tradit Bartol. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Idem & alii ſcribunt in l. Gallus. §. videndum. ff. de libe. & poſthu. & probat text. in l. quod cum ratione. & l. quod verò. ff. de legi. Adeò enim conceditur libera rerum ſuarum cuique moderatio. l. in re mandata. C. manda. vt etiam illis liceat abuti. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitio. hæred. Cùm igitur illud ſtatutum permittat hãc tertiam partem extraneo donare, non eſt, quamobrem non liceat rerum quæſitarum, vel mobilium tertiam quoque partem ab inteſtato ſuccedenti donare: ſiquidem maior & prolixior in conſanguineos, quàm in extraneos debet eſſe benignitas, vt eleganter diſſerit Cicero lib. j. offic. Imo etiam nos noſtris eſſe, ducit iniurios, ſi quod in noſtros erogare poſſumus, id aliis tribuamus. Sed ea quæ ſuppeditant ad victũ & cultum, non ſolùm nobis, liberis, & vxori, ſed eti

ſed etiam propinquis, cæteríſque, quos charos habeat, tueríque debeat parare quiſque bene à natura informatus ſtudet, vt apud eundem ibi traditum extat. Atque in eam rem eſt ſtatutum apud Xantoneſes proditũ.

Diuiſionis lite pendẽte, quã quidem reus factã aſſerit, an actor petere poſſit, licere ſibi parte ſua pro indiuiſo frui.

DIuiſionem rei communis quum quidã poſtulauiſſet, reus diuiſam rem eſſe excipit. Actor autem reſcriptum à principe impetrat, vt pendente hoc communi diuidũdo iudicio, parte ſua pro indiuiſo vti frui ſibi liceat, reus verò hoc reſcriptum oppugnat, quod alteram actionem inſtituat, cui obeſt prior actio iam mota, vt pote in qua ſententia lata poſsit in hac poſteriore actione præiudicium parere. Nam ſi ſecundum reum pronuncietur rem fuiſſe antea diuiſam, huius ſententiæ exceptio illi poſteriori obſtatura eſt actioni: ſecundum not. in l. fundi & l. fundum. ff. de excep. Tamen omiſſa priore actione, in poſteriore actor vincit. Appellat victus. Iterũ tamen ſupr. Pariſ. cur. iudicio vincitur. Sic vbi mulier donationẽ propter nuptias ſibi à ſtatuto collatam (quã doarium apppellamus) peteret, vt diuiſa ſibi traderetur, quum reus obiiceret eam antea fuiſſe diuiſam, & illi traditam, eáque negaret, & poſtularet, vt ſibi pro indiuiſo ea frui permitteretur, reſiſteret autẽ reus, propterea quòd in parte, quæ penes ipſum remanſerat,

Mulier lite pendente ſuper doario ſuo ſibi pro diuiſo aſsignando, quanuis reus aſſerat illud doarium

fuisse sibi pro diuiso traditũ an interim doario suo pro indiuiso vti iure concedi postulet.

ferat, augẽda & melioranda sumptus immodicos fecisset: actrix verò multò deteriorem fieri partem suam passa fuisset, nedum in eã sarciendam aliquid impendisset. Tum autẽ tanta illam inopia laborare, vt si fructuum plus parte sua perciperet, inanis poret actio: ipsa tamen actrix, & iudicis regii, & curiæ illius supremę iudicio victoriã obtinuit. Reor equidem vtrobique Curiam æquitate quadã motam, quòd parum incommodi quis sentiret, si aduersarius indiuisa parte vteretur, altera lite pendente.

Donare & retinere.

Donare & retinere quando permittatur.

DOnare & retinere vetatur statutis plurium regionum, præsertim Biturig. Id tamen non procedit in matrimonii contractu. Nam in eo donare & retinere permittitur, vt à suprema Paris. cur. die 24. Martii. 1521. iudicatum refert Do. Rebuff. in commenta. constit. regia. priore tomo. char. 256. vbi aliud nõ minus memorabile subdit. Nẽpe donationẽ propter nuptias quæ ex statuto defertur, quam dotalicium nominat, non habere locum in rebus soli à regia munificentia donatis. Idq; probat per textum in l. cum multa. C. de bonis, quæ liber.

Execut

Exequutio.

Exequutioni quæ adiiciuntur, principalem non immutant dispositionem.

EXecutioni quidẽ principalis dispositionis, quæ adiiciuntur, principalem non immutant dispositionem, nec ad aliud producunt. Si enim summus Pontifex dignitatem alicui iubet conferri in quodam templo, vel ecclesia, ad cuiuscunque collationem, prouisionem, vel dispositionem aliam pertineat: inhibens illis, ad quorum collationem ea dignitas spectat, vel electionem, ne quid contra faciant: nihilominus ei qui eiusmodi rescriptum impetrauit, non poterit conferri dignitas, ad quam, nisi per electionem, quis poterat assumi: cùm in concessione principali ipsius dignitatis, nulla facta fuerit electionis mentio, sed in inhibitione, quæ ad executionem principalis concessionis tantummodo spectat. Itaque cùm ad eam exequendam verba illa pertineant duntaxat, non possunt primordialem augere concessionem. cle. j. de præbend. vbi Panormit. ait, verba executiua actus naturam non immutare. Quocirca, si dubitetur an donatio sit causa mortis, an inter viuos animaduertendum est, an mortis mentio

mentio in primaria fiat diſpoſitione : vt ſi quis poſt ſuam mortem donet, tunc iudicatur mortis cauſa donatio:an verò in executione principalis diſpoſitionis mortem cõmemorauerit ſolummodo:veluti,dono fundum Titio,volóque, vt poſt mortem meam eo fundo vtatur, fruatur. Hac enim ſpecie donatio inter viuos cenſetur. Bald. in addi. ad Specul. titul. de inſtrument. ædit. in vlti. col. de qua re ſuprà latiùs diſſeruimus. At Iaſ. in l. ius autem ciuile. ff. de iuſtit. & iure. hanc(de qua dicimus) theoriam generalem in alios etiam diducit locos,ex quibus exempla plura licebit ſumere.

Executor teſtamenti.

Exequutor teſtamenti an præferatur hæredi in defunctirebus poſsidendis.

EXecutor teſtamenti ex municipali Pictonum ſtatuto eſt potior poſſeſsione rerum mobilium defuncti, quàm ipſius hæres. Verùm Boer. in §. vj. in commenta. conſuetud. Biturig. ad finem titu. de teſta. contra cenſet: nempe vt hæredes in poſſeſsione præferantur executoribus. Sanè priorẽ ſententiam vſus forenſis comprobauit, vt in cauſis non ſolùm piis, ſed etiam in aliis teſtatoris præceptum teſtamento compræhenſum executioni mandetur, & in iis exequendis anteponatur executor ipſis hæredibus : & ita ſæpenumero à ſuprema Pariſ. curia ſancitum

citum constitutúmque est. Ex quo quidam opinati sunt, vt si quidpiam in testamẽto relictum sit alicui, executor possit agere aduersus hæredes, vt id legatario tradant. Quod quidem verum arbitrarer in rebus mobilibus legatis. Secus autem in rebus soli, seu immobilibus: quia quamuis ex statuto à mobilium & immobilium rerum defuncti possessionem nanciscantur executores, quatenus testamenti executionis impensa exigit: tamẽ non possunt immobilia distrahere, nisi præsente, vel vocato hærede, vt tradit. eodem c. statut. tum c. ccix. eorum statutorũ cautũ est, quem non posse quacunque testandi, vel legandi ratione efficere, vt possessio eorum, quæ defunctus mortis tempore teneret, ad hæredem recta via non perueniret. Sed si executor primam rei immobilis legatæ possessionem vi illius statuti obtineret, eámque legatario posset tradere, hæres primæ illius possessionis commodo fraudaretur. Non est igitur existimandum, vt rerum immobilium defuncti possessionem primam, statutum illud executori testamenti tribuerit: ne statuentes videantur ex continenti se correxisse, & caput vnum statuti derogare alteri. Itaque exequutores vti possidetis interdicto experiri nequeunt ob bonorum defuncti immobilium possessionem, vt à suprema Paris. curia die prima Decembr. 1374. fuisse

pronunciatum refert Do. Rebuff.in priore tomo commentar.in præfa.titul.de ſenten. prouiſ. char.235. At bonorum mobilium nomine illos hoc interdictũ poſſe intendere, vſu forenſi protritum eſt. Quamquam autem ipſe Petr. Rat in commentar.conſtitu. Picto.§.ii^c.vij. innuit, illud, cuius iſtic meminit, ſupremæ Pariſienſis curiæ iudicium ad res immobiles pertinuiſſe, tamen ſuper mobilibus, perinde ac immobilibus rebus legatis prolatum eſt. Nec verò ea ratione impulſam fuiſſe ſupremam curiam arbitror, quàm quòd executor hactenus duntaxat in poſſeſsione ſit, quatenus ad ſumptum funerarium, & aliam in cauſam piam ſumptum ſpectat. Nam vt ſuprà diximus, eadem curia ſtatuere ſolet, vt executor purè & ſimpliciter ſit in poſſeſsione rerum teſtatoris: quatenus ſupremæ volũtatis executio depoſcit. Verùm alia ratione motam fuiſſe eandem curiam opinor, quòd nemo ſibi ipſi poſsit tradere: atque differentia inter dantem & accipientẽ debeat conſtitui. Quamuis non ignorem ſecundum ius commune tutorẽ ſibi tradere poſſe, vel ſaltem ingredi poſſeſsionem fundi ſibi à pupilli patre venditi, palàm, & bona fide.l.fiſtulas.§.j.ff.de contrah. empt. Qua quidem ratione, & aliis compluribus reſpond. Decius conſi.ccxliij.fideicommiſſarium executorem teſtamento datum, rei

legatæ

legatæ possessionem posse ingredi, vel legatum sibi tradere. Sed id in contractu inter viuos sancitum est, in quo non tanta est fraudis suspitio, sicut in vltima voluntate. Contra tamen affirmat Chassa. in commen. consuet. Burgund. §. *le mort saisist le uif.* in gloss. j. & aduersus executores pro hæredibus fuisse iudicatum. Idem tradit Boer. in titu. de testamen. §. vj. ad finem. Sed illi de ea tractãt specie, in qua testator executoribus tribuit rerum suarum possessionem, non autem vbi statutum eam defert possessionem: quoniã in huius statuti specie hęredes in possessione executoribus cedũt: vt ibidẽ tradit Boer. qui Paris. vrbis statutum simile refert. Verũ quando inter hæredes & excutores contenditur, si nondum temporis tantum à defuncti morte effluxerit, vt nulla posit executori mora imputari, iudex ei diẽ pręstituet, intra quam executioni testamentum tradet, ac executionis reddet rationem, & reliqui summam hæredi restituet.

Exequutori dies præstituitur ad exequẽdum testamentum, & reddẽdam rationem vnà cum reliquatione.

Error.

ERror præsumitur, nisi probetur scientia. l. sed & si quis. §. vlti. ff. si quis caut. Ibi enim promittens quem iudicio sistere, nisi causa appareat, ob quam promiserit, nõ tenetur. Si tamen clausula his vulgaribus

Error præsumitur.

verbis concepta adiecta fuerit: sciens se ad infrascripta non teneri, in instrumento inserta, tollit erroris præsumptionem. Ita scribit ibi Barto. Sed & Alex. Imol. consil. ix. in quinto vol. respondit, eum qui pro se, & sororibus suis inuestiturã petierat, sibi nequaquam nocuisse: cùm ad suas sorores eius rei (cuius inuestituram petierat) dominium nulla ex parte pertineret. Nam qui scienter rem suam tanquam alienam cõducit, non perdit eius rei dominium, neque id in aduersarium transfert: quoniam rei suæ conductio non valet, vt probat textus in l. suæ rei, in verbo, sciens. ff. de contrah. emptio. Si quis enim sciens rem suam esse, eam emat, non consistit emptio. Tum qui absque causa promittit, videtur per errorem promittere. l. ij. §. circa. ff. de dol. mal. & met. except. & l. cùm de indebito. & ibi gloss. ff. de probat. Idem quoque iuris est in traditione, vt si quis rem suam sine causa tradat. l. nũquam nuda. ff. de acquir. rer. domi. Tamen quantũ spectat ad possessionẽ, si in ea esset is, cui res vel promissa est, vel tradita, ipse potior moribus nostris esset. Nam ea promissio, aut traditio non posset rescindi, nisi interueniente principis rescripto, quo eius veniam erroris faceret, & aduersus eam restitueret. Itaque ea impetrata restitutione, quoad per iudicem approbaretur, maneret ille in eius rei possessione

An sciens prudénsve rem suam conducens eius amittat dominiũ.

Quid in possessione.

ſeſsione. Quæcunque enim legis ope, vel beneficio fiebant, ſunt ſpecialiter in Gallia moribus olim receptis, à rege impetranda. Siquidē leges, vel imperatorū conſtitutiones, vt bonos quoſdam mores Galli in rempubl. introduxerunt. Quod licet ſuprà enunciauerimus, hîc tamen duximus repetendum: quoniam velim imprimis memoriæ cōmendari. Sanè apud nos ſeruantur, quæ moribus noſtris conuenientiſsimè tradit Bald. in l. ea quæ de. C. de tempor. in integr. reſtitut. pet. Nimirum reſcripta primùm impetrantur, deinde iudici exhibentur, quæ vtique vocato eo, cuius intereſt, debent exaudiri. Tum examinantur cauſæ, poſtremò per iudicem approbantur: quam quidem ſeriem colligit ex l. ij. C. de iis, qui veniam æta. impe. coniuncta cum dicta l. ea quæ de. Sed & in hac ſpecie nominatim Ioan. Fab. in l. cum falſa. C. de iuris & facti igno. tradit cōfeſsionem ex certa ſcientia emiſſam, qua quis rem ſuam eſſe alterius confitetur, illi nocere, quantum ad poſſeſsionem pertinet, ſed non quantum ad proprietatem, niſi iudicialiter confiteretur, refertq; Specul. id ſentire, in tit. de confeſſ. §. nunc videndum. verſic. hoc quoque.

Error poſt ſententiam.

Error an poſt ſententiā poſſit reuocari.

ERror ſanè reuocari poſt ſententiam poteſt, quæ in rem tranſierit iudicatam, vt

tradit Specula.titul.de confeſ.§. poſtremò. verſicul.penul.& Ioan.Fab.in l.error facti. C.de iuris & facti igno.At Paul.Caſtr.in l.j. §.quæſitum.ff.quand.de pecu.act.annal.eſt. ait,locum id habere, cùm per aduerſarii dolum in errorem quis inductus eſt: citátque gloſſ.ſingularem in dicto §. & inſuper.text. in l.j.§.ſi omnes.& §.cæterum.ff.de ventre inſpic.vbi ſi mulier maritum illexerat,vt crederet eam prꝗgnantem,quod conſtante matrimonio hoc omnino fingebat,marito ignoſcitur. Quam quidem vſus noſter forenſis approbat opinionem, apud ſupremos quidē conſeſſus. Ibi enim ſententia principis reſcripto (quod requeſtam ciuilē vocant) illis curiis deſtinato retractari ſolet, vbi errore quis ſententiam paſſus eſt:cuius quidem occaſionem aduerſarius prꝗbuit,& dolo aduerſarii ſententia lata eſt. In curiis autem inferioribus in hac ſpecie abſque appellatione retractari nō poſſet ſentētia, quouis errore ea prolata fuiſſet , ſed in appellationis iudicio aduerſus errorē principis reſcripto appellans reſtituendus eſt: quo quidem mandabitur, vt nulla erroris admiſsi ratione habita ſuper appellatione ius dicatur.

Extraneus.

Extraneus quis ſit.

EXtraneus dicitur, qui in poteſtate non eſt,vel non habet.l.vnic.§.accedit.verſicul.

ſicul. extraneum autem. C. de rei vxor. actio. Sed Ioan. Fab. in §. cæteri. inſtitu. de hæred. qual. & differ. latius porrigit, vt qui ex aſcendente, vel deſcendente linea ſit, extraneus non intelligatur. Proinde ait, ſi quis rem in extraneum non transferre promiſerit, illis tantummodo perſonis poterit alienare.

Eccleſiæ rector.

Eccleſiæ rector an penſiones ãnui reditus, dum eam regeret, decurſi poſſit exigere.

ECcleſiæ cuiuſdam pontifex vel rector, ſi aduerſus præſcriptionem reditus annui contra eccleſiã decurſam reſtitutus fuerit, præteriti (quo ea cucurrit præſcriptio) temporis penſiones non poteſt exigere, neque etiam rei immobilis fructus, qui in illo præſcriptionis curriculo ſunt percepti, ſi aduerſus rei immobilis præſcriptionem fuerit reſtitutus, vt aſſerit Ioan. Fab. in §. rurſus. circa fin. inſtit. de act. Sed hoc intelligendũ mihi videtur de eo pontifice, vel rectore, qui rem præſcribi ſinit, ſeu permiſit: cùm ſit, quod ei poſsit imputari, nempe quia diligenter literaria ſuæ eccleſiæ documenta non reuoluerit, vel iura non inueſtigauerit: nam qui permittit præſcribi, alienare videtur: nec poteſt prætextu ignorantiæ excuſari, cùm tantum temporis, nempe xl. annorum, quod in eccleſiaſticæ rei præſcriptione requiritur, vt not. in c. ſi diligenti. & c. de quarta. de præ-

ſcrip.in antiq.ſatis, ſupérque ſufficiat ad iuris ſui indagationem. Id autem confirmari poteſt ex his quæ tradit Paul.Caſtr. in l. iubemus.j.C.de ſacroſanc.eccle.vbi ait: quod ſi prælatus ſubſtraxerit eccleſiæ nauẽ, quominus ſpecies publicas militaris annonæ tranſueheret, amittit vſum nauis, vel aliud ius, quod ſibi priuatim in naui competebat. Verùm text. in c. ſi quis presbyterorum. de rebus eccleſ. non alienand. aduerſari videtur: vbi quando res eccleſiæ alienata eſt, licet quibuſcunque eccleſiaſticis perſonis vo cem contradictionis offerre: vt & alienata poſsint cum fructibus repoſcere. Sed id cenſerem accipiẽdum, cum alius quàm qui alienauit, aut præſcribi permiſit aduerſus aliena tionem ſe, vel eccleſiam petit reſtitui: alioqui ille ex delicto vel culpa ſua lucrum cape ret. Deinde, vt æquum eſt, delictũ, vel deſidiam rectoris eccleſiæ non nocere, ita non debet alienator, factum ſuum in alterius diſpendium contorquere, & ex eo compendium conſectari. Tum habens titulum oneroſum, veluti emptionis, vel permutationis, cum errore iuris fructus induſtriales lucratur: ſaltem conſumptos, aut ſi extent, & triẽnio poſſederit, eos per vſucapionem acquirit, vt tradit Bartol.in l.ex diuerſo. ff.de rei vendic. Abbas in c.grauis.de reſtitu. ſpolia. in antiq.& Feli.qui & hos refert in dicto c.

de quart

de quarta.nume.22.dummodo ius titulo nõ refragetur, vel eum titulum non prohibeat, vt tradit Bartol.in l.ſed & ſi lege. §. ſcire.ff. de peti.hæred. vt puta huiuſmodi alienationem rei eccleſiaſticæ. Nam qui contra iura mercantur,bonam fidem non præſumuntur habere,vulgata iuris regula.l.iubemus.ij.C. de ſacroſanct. eccleſ. & Felin. in dicto c.de quarta.nume. 23. Quapropter vbi alius,quã is qui alienauit,rem alienatam vendicaret, ſi iuris ſolennitates non fuerint obſeruatæ, & ideo contractus non tenuerit,fructus conſequitur,quamuis triennio poſſederit,vel etiã longo tempore poſſeſſor: quicquid contra aſſerat Abbas in c. penulti. de rebus eccleſ. non alien. vbi ait: quod ſi in facto errauerit poſſeſſor:vt puta,quia iuris ſolennitates credat adhibitas,lucratur fructus ex bona fide: & ita ſupremæ Pariſiẽſis curiæ iudicio pronunciatum fuiſſe compertum habemus,cùm quidam prior, ſeu adminiſtrator ſacerdotii (quod prioratum vocant) annui ſalarii reditus lege,aream quandam in pago Malileonis ſitam, in laicum tranſtuliſſet non interpoſitis ſolennitatibus, poſſeſſor condemnatus eſt reſtituere,vnà cum re,fructus: ita tamen, vt ſacerdos etiam impenſas factas in ædes, in area illa conſtructas, poſſeſſori refunderet, quatenus vtiles eſſent & neceſſariæ ſecund.no.in l.ſi in area.ff.de condict. indeb.

Fructus triennio poſſeſſi an reſtituãtur reſciſſa rei eccleſiaſticæ alienatione.

An ſumptus facti in ea re eccleſiaſtica refundantur.

Ecclesia.

Ecclesiasticæ rei in alienatione solennitates necessariæ.

ECclesia porrò has solennitates debet cu stodire, quæ iure pontificio tradūtur: vt puta, in c. sine exceptione. xij. quæs. ij. & no. in l. iubemus secunda. & in authenti. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. & in cap. dudum. de reb. eccle. non alie. in vj. Nempe sufficit vbi rector sodalitium nō habens, seu (vt dicunt capitulum) alienat, vt post alienationem is rector, vel is cui alienata res est, ad pontificem seu episcopum hoc referat, qui viris quibusdam ecclesiasticis ad minimum duobus, eam prouinciam delegabit, vt testes audiant, an ea alienatio cedat ecclesiæ commodo, an non. Deinde hæc testimonia ad episcopum, vel eius generalem in spiritualibus & temporalibus vicarium transmittat, quibus perspectis ipse alienationem homologabit, ratam habebit, confirmabit, & decretum suum super ea interponet. Sed si episcopus alienet, primùm hac de re tractatus in sodalium, seu canonicorum conuentu seu capitulo habebitur. Episcopus autem vnà cum sodalibus, inquisitionis illius munus viris probis committet, qui gesta ad episcopi & sodalium comitia, seu capitulum referant. Ii autem perspecta inquisitione rem alienabunt, & decreti sui munimine etiam, quatenus opus erit, fulciēt: ac de singulis quidem illis

illis scriptorum monimenta cōficiantur separatim. Nec requiritur in ea alienatione cō firmanda, archiepiscopi, vel summi pontificis authoritas: nisi archiepiscopo, vel Papæ episcopus ille repromiserit, se res ecclesiæ sacrosanctæ non esse alienaturum: vt trad. Innoc. & Host. in c. j. de iis quæ fiunt à præla. sine consensu cap. Ioan. And. in c. j. de rebus eccle. non alie. lib. vj. & Guido Pap. qui & non pauca eorum, quæ diximus commemorat, sed non ita dilucidè & distinctè, in decis. Delph. quæst. cxlix. Disertè autē enūciaui, vicarii in spiritualibus & temporalibus generalis authoritatem accedere oportere, quoniam alterius vicarii (quem officialem vocant) non sufficeret authoritas, vt probat text. in c. ij. de transact. & ibi not. Innoc. & ita iudicatum fuisse refertur in decis. Tholos. pontificiæ curiæ quæst. xcvij. Atque satis est, vt decretum post alienationē interueniat, ex sententia Panor. in c. cùm vos. de iis quæ fi. à præla. sine consensu capi. licet contrà in illa curia Tholo. fuerit iudicatum: vt trad. in quęs. xcvij. Sed Panor. opinionem vsus noster forensis alii prætulit.

An requiratur papæ vel archiepiscopi homologatio, vel decretum.

Decretum post alienationem interuenire an sufficiat.

Exceptio perpetua.

Exceptio perpetua est, vbi actio esset temporalis, cùm in potestate actoris sit, quādo iure

Exceptio perpetua, vbi actio temporalis.

do iure suo vtatur, non sit in rei potestate. l. pure. §. vlti. ff. de doli except. Sed protinus reclamat l. diffamari. C. de inge. & manu. vbi licet mihi eum in ius vocare, qui actionem aduersum me habere prædicat, vt eam intendat, & iudex ei ad illam instituendam tempus constituat: alioqui ea excidet. Itaq; qui exceptionem habet, potest beneficio legis illius experiri, vt qui actionem habet, is eam moueat. Igitur non debet perpetua esse exceptio. Deinde Ioan. Fab. in §. rursus. nu. 20. ait, quod hæc regula, quæ annalia sunt ad agendum, ad excipiendum sunt perpetua, ibi locum nõ habet, vbi possessor agere potest, vel officium iudicis implorare, vt ille cui nõ numeratæ pecuniæ exceptio competit. Datur enim illi querela intra biennium. Nec dissimiliter intra quinquennium querela inofficiosi testamenti competit. Quin si minor eo se captum asserat, quòd iusiurandum detulerit, exceptio ista, seu cognitio statutũ tempus post vigesimum quintũ annum non debet egredi. l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur. Sed si possessor agere, vel officium iudicis implorare nequeat, perpetuò potest excipere. Rursus autem occurrit, quod scribit Bald. in l. vlti. C. de edict. diui Adria. tol. possessorem iudicis officium semper posse implorare, vt aduersario vetet, seu inhibeat, ne ei in possessione vim faciat, interpellet,

seu turb

ſeu turbet. Quocirca cùm quidam nobilis, minor annis viginti quinque, ſorori ſuæ hæreditatis paternæ iam delatæ maiorem partem, quã ad eam pertineret reliquiſſet, eaq; ſoror non fuiſſet queſta, mortẽ obiit. Deinde eius filia cùm nupſiſſet, matrem fuiſſe in hæreditatis diuiſione circũuentam dixit, & quod illi traditum eſſet, multò minus fuiſſe parte ipſi delata: proinde reſcriptum principis obtinet, quo iudici mandatur, vt ſi ea de re conſtiterit, diuiſionis placitum reſcindat, & irritum faciat, iuſtámque illius hæreditatis partem illi pro diuiſo tradat, vnà cùm fructibus iuſtæ illius portionis, hoc tamen deducto, quod ex fructibus rerum earum, quæ matri datæ fuerant, perceptum eſſet. Reus autem excipit, ſe plus æquo ſorori dediſſe, quoniam octaua pars ei ſolummodo deberetur, propterea quòd poſthuma quædam filia patri quoque hæres fuiſſet, cuius tunc cùm hæreditatem partirentur, non meminiſſet: ætatíſque imbecillitate lapſum & deceptum fuiſſe. Itaque reſcriptũ etiam à principe impetrauit, quo iubebatur iudici, vt fide ſuper his facta, eum fratrem admitteret ad errorem illum allegandum, & fraudem inde ſibi cõparatam, nulla habita temporis, quod à diuiſione effluxiſſet, ratione. Actrix verò iniquum aſſerebat, reſcriptum, quoniã cõſtitutionibus regiis nouiſsimis anno Do.

nat.

nat.1539. promulgatis ſancitum erat, vt minores poſt trigeſimum quintum ſuæ ætatis annum nullatenus aduerſus id quod in minori ætate geſſerant, reſtituerentur ſiue agẽdo, ſiue excipiendo, reſtitutionéque impetrata nõ vterentur, quódq; à ſe geſtum fuiſſet, nullius roboris eſſe cauſarentur: ídque confirmat text. in §. ſi minor. ſuprà citato. Reus autem hanc amoliebatur replicationẽ, quoniam etſi trigeſimum quintum ætatis annum exceſsiſſet, tamen cùm neque ſoror, neque filia tam longo tempore eius rei querelam expoſuiſſent, neq; in poſſeſsione rerum hæreditariarum vllo modo fuiſſet interpellatus, non aduerſus eum cucurriſſe pe tendæ reſtitutionis tempus tantiſper, dum ei quæſtio non moueretur. Quapropter quę annalia eſſent, vel temporalia ad agendum, ea ad excipiendum eſſe perpetua. Neç verò contra vrgere eam conſtitutionem, cùm eas excipiat ſpecies, in quibus maiori etiam ex cauſa iuſta ſuccurreretur. At maioribus in diuiſione perperam facta ſubuenitur. l. maio ribus. C. commu. vtriuſque iudic. Quod quidem beneficium l. illius maioribus cùm ſit perſonale, in triginta annos extenditur. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. vel xl. anno. At xxx. anni nondum ex eius diuiſionis die effluxe rant, antequam reus reſcriptum obtinuiſſet. Perpetuum ſanè hic pro eo accipimus, quod ad xxx.

ad xxx.annos vſque extenditur, vt not. in §. j. inſt. de perpe. & temp. act. Atque huic opinioni ſubſcripſit Domi. Egidius le Maiſtre, tum in ſuprema Pariſ. curia regius patronus, nunc autem primarius in ſumma eiuſdē curiæ claſſe præſes: cuius ſententiam non minoris eſſe ponderis iudico quam Hermithici præceptoris diſcipuli, quibus omnis erat demonſtrationis loco ἀυτὸς ἔφα. Tanta ille doctrina & rerum experimētis præſtat, vt per omnes dignitatis gradus ad hūc ſummum apicem ſibi tandem viam muniuerit.

D. Egidius le maiſtre primarius ſupremæ Pariſ. curiæ præſes.

Emptor.

EMptor, ſi rem purè venditā ex cōtinenti, dicat ſub conditione retinere, nēpe, ſi Sempronio placeat: venditor autem præſens non diſſentiat, vel contradicat, videtur ei conditioni conſentire, eáque conditione vendere. Aliter verò in ſtipulatione ſeruatur. Nam verbis in ſtipulatione opus eſt. Proinde niſi verbis exprimatur conſenſus conditionis, ſtipulatio nullius eſt momenti, vt probat tex. in §. præterea. inſtit. de inutil. ſtipul. & tex. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obliga. quia neceſſaria ſunt verba: ne plures concurrant fictiones, vt ſcribit Zaz. in dicto §. ſi quis ſimpliciter. quarum concurſus iure prohibitus eſt. l. j. C, de dot. promiſ. &

Emptionis & vēditionis differentia, in conditione ad contractum adijcienda.

miſ.& Barto.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.pro empt. At cùm venditio ſolo cõſenſu contrahatur,vt nota.in §.j.inſtitut.de empt.& vendit.non verbis in ea accipienda conditione opus eſt: vt tradit Ioã. Fab.in §. præterea.inſtitu.de inutil.ſtipul.quamuis videatur refragari l. Caius. ff.de pigno. actio. vbi ſola præſentia,& taciturnitas in extraiudicialibus conſenſum non inducit. Sed in ſpecie huius leg.Caius,is præſens erat,vt teſtis,& in eo quidem actu,quem impedire nõ poterat, ſi voluiſſet. Atque hoc diſcrimen inter vtramque ſpeciem aſſerit idem Barto. in d. l.Caius. Igitur in hac venditione præſentia & ſilentium venditoris (quoniam vt pars contrahens adhibetur, & is actus eſt, quem impugnandi poteſtatem habebat) conſenſui æquiparantur. Erraſſe fatetur Paul. Iuriſconſul.in l.quæſitum.§.penult. ff.de legat.iij. Nam ait,in cauſa,cuius thema explicat iſtic, ſe apud fideicommiſſarium Prætorem non obtinuiſſe,& poſtea Valentem Iureconſul.reperiſſe id ſcribentem, ſecũdum quod iudicatum fuerat.

Euictio.

Euictione an liceat agere, vbi lis authori non fuit denũciata?

EVictione,poſt rem ſententia euictã,agere licet, quamuis authori non fuerit lis denunciata. Nam cùm ſententia rem maniſ-

feſtiſſ

festissimam, seu notoriam (vt dicunt) faciat, iustè ergo res iudicio euicta fuisse censenda est. l. emptorem. & ibi Alberic. ff. de actio. empt. Eodem pertinet quod respond. Alex. in consil. lxvij. in tertio volu. si litis denuntiatio fuerit omissa, nihilominus euictione potest agi: sed actor tenetur probare, eũ qui euicit, bonam causam fouere. Verùm sumptus in litem à se factos, qui victus est, non ab authore potest ob denũciationem omissam repetere, quoniam causari potest, vel liti se protinus cessurum fuisse, si ad eam suscipiendam fuisset accersitus, vel aliter eam instructurum, vt trophæum fuisset relaturus. Et quamuis Bald. in l. emptor. C. de euictio. tradit aduersus omnes, & pro omnibus succursum, per clausulam in instrumentis apponi solitam, qua venditor denunciandi necessitatem remittit, & de euictione se obligat, tum rei qua de agitur, tum expensarum ac damnorum, quæ ex lite quacunque mouenda emptori oborientur, nomine & respectu, siue per iniuriam iudicis, siue per negligentiam, siue per absentiã emptoris accidat rẽ euinci. Cùm enim (vt ipse inquit) ea ipsius venditoris gratia & fauore sint cõstituta, iis igitur potest renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Sed quod ad denunciationis omissionem pertinet, aut ad litis iacturam, quæ ex negligentia emptoris, contigis-

ſet,ipſi emptori ſarciendam: hanc clauſulam inanem arbitrarer quippe quæ ad delinquẽdum inuitet.l.iuriſgentium. §.ſi paciſcar. ff. de pact. Sicuti non conſiſtit illa clauſula,qua debitor ſpondet creditori ſe illius ſacramẽto ſtaturum ſuper damnis, quæ ob conuentiones non impletas paſſurus eſt: prout affir mat Paul.Caſtr.in l.pactum.ff. de pact. licet ipſe referat Guilliel. de Cug. aliter ſenſiſſe in l.iuſiurandum quod ex conuẽtione.ff. de iureiur. Sed Pauli ſententiam vſus noſter fo renſis amplexatur. Planè repudiata quoque eſt Bald.opinio in l.emptor.C.de euict. qua litem ſuper ſola poſſeſsione motam, credit non eſſe neceſſariò denunciandam authori: adducítque gloſſ. in c. quicunque militum. xij.quæſt.ij. Atq; mox diſtinguit,an ex proprio facto quis ſuper poſſeſsione conuenitur,& authorem laudare non poteſt: aut ex facto authoris,& tum debet authorem in ius vocare, litíſque motæ admonere, & vt eam ſubeat. Nãgloſ. in d.c.quicunque. non hoc enunciat:ſed tantum, vt ſi quis nomine ſuo poſsideat,ſit conueniendus, nec in ius vocandus eſt illius author: quod ſi alieno nomine poſsideat, author eſt ad iudicium appellandus. Quocirca vt in petitorio iudicio, ſic in poſſorio litem authori denunciare ſolemus: huícque noſtro mori ſuffragatur l. emptorem. §.idem Neratius.ff.de act. emp. vbi ven

An litem de ſola poſſeſsione motam author debeat ſuſcipere.

vbi venditor in re tradenda debet emptori præstare, vt in lite de possessione sit potior. dummodo intra annum à tempore tituli de ea re quæsiti, lis mota fuerit emptori, alioqui cùm post annum intenditur, perperam lis denunciatur: quoniam emptor ex persôna sua potest se tueri, eíque imputatur: quòd sine possessionis apprehensione annum labi permiserit. Porrò idem Bald. in l. non dubitatur. C. de euict. asserit, etiam si remissa fuerit euictionis obligatio, tamen venditor tenetur emptori pretium restituere: ídque probat textus in l. emptorem. §. qui autem. ff. de act. empt. in verb. illis. Veruntamen, vt pretium reddat, teneri: & si apertè in venditione comprehensum sit, nihil euictionis nomine præstitum iri, pretium quidem deberi re euicta, vtilitatem nõ deberi: Neque enim bonæ fidei contractum hanc pati conuentionem, vt emptor rem amitteret, & pretiũ venditor retineret. Quòd si expresim fuerit actum, ne ex ea causa aduersus Titium nõ præstetur quidquam euictionis nomine, nec pretium quidem, tunc restituetur. l. qui libertatis. ff. de euict. Nam qui in venditione serui excepit, si is seruus liber homo esset, aut si conditio, sub qua ei libertas relicta erat, esset impleta, non se euictionem præstiturum, nõ tenebitur euictionis nomine. Et quamuis nulla ibi fiat pretii mentio, tamen Bald. in d.

Remissa euictione an pretij restitutio peti queat.

l. non dubitatur. & Paul. Castren. in dicto §. qui autem, l. qui libertatis. ad hoc inducunt, vt si specialis sit aliqua exceptio, in qua venditor se de euictione non teneri sit stipulatus, pretium non teneatur eo casu reddere: subiiciúntque ibidem ipsi Bald. & Paul. Castren. idem obseruandum esse, vbi in diuisione bonorum actum est, generaliter euictionem non præstari. Nam si res vna euincatur, quæ alteri obtigit, alter ipsius rei euictæ pretium nequeat condicere. Verùm hos duos posteriores casus vti ab æquo bonóq; discrepantes, non existimarem admittendos. Cùm enim I. C. in dicto §. qui autem disertè dicat, bonæ fidei contractum hanc non pati conuentionẽ, vt emptor rem amittat, & venditor pretium retineat, atque id aliis exẽplis confirmet: nécnon posteaquàm iactum retis emi posse, aut indaginem plagis à venatore positis, vel pantheram ab aucupe, hæc verba addit, sed in suprascriptis conuentionibus contra erit dicendum, nisi fortè sciens alienum vendidit: tunc enim secundum suprà à nobis relatam Iuliani sententiam, dicendum est, ex empto eum teneri. Quæ igitur somnia possunt nos impellere, vt in similibus casibus diuersum ius statui opinemur, præsertim cùm textus in dicta l. quæ libertatis. nihil de pretii meminerit restitutione: Sed & Paul. Castrẽ. in dicto §.

In diuisione bonorum si pactũ sit, ne euictio præstetur an id valeat.

qui aut

qui autem, versi. tertio. ait, Si pactum fiat speciale, non redditum iri pretium, id valere. At si non fiat nuncupatim de pretio nō restituendo, vēditorem pretii semper esse restitutioni obnoxium. Et licet gloss. in l. familiæ. C. famil. hercisc. qua Bald. & Paul. Cast. nituntur, id asseueret, non continuò tantæ debet esse authoritatis, vt dilucida Iurisconsulti verba subuertat. Nam familiæ herciscũdæ actio æquè bonæ fidei est, ac empti & vēditi actio, vt nota. in §. actionum. institut. de actio. Igitur quæ in venditione sancita sunt custodiri debent & in diuisione. Quin id latiùs patere etiam asseuerauerim, vt idem seruandum duxerim, in stricti iuris actionibus, vel contractibus. Differentia enim, quæ à Iureconsultis nondum institutis sacrosanctæ religionis nostræ Christianæ initiatis, cōstituta est, non debet inter nos, qui summa hac persuasione & fide perfectissima sumus imbuti, valere. Omnes enim cōtractus & actiones vno ordine apud nos debēt haberi, vt in iis dolus & fraus omnis absit. Nec distinctio adhibenda est, an stricti iuris sint, an bonæ fidei. In cunctis siquidem bona fides debet exuberare, quamuis aliis alii sint minus frequentes: in qua quidem frequentia, tota huius differentiæ ratio posita est. Nam licet disceptatum iandudum fuerit an l. ij. C. de rescind. vend. in contractu stricti iuris locum habeat

Contractus omnes apud Christianos sunt bonæ fidei iudicandi.

L. ij. C. de rescind. vēditione, an in stric

cti iuris contractibus locũ habeat.

habeat,tamen communi & numerosiori scribentium calculo receptum est,eam legem in transactione esse obseruandam,vt tradit Ias. in l.si quis cùm aliter.ff.de verbo.oblig.Sed & constitutionibus regiis anno dominicę natiuitatis 1539. æditis. c. iiij.^{xx}.xiiij.statutum est,vt in actionibus,& iudiciis omnibus personalibus,petitoriis, & realibus fructus à tẽpore moræ,& malæ fidei ante litis contestationem,nedum à litis contestatæ die,veniãt. Quamobrem nullum facessunt hodie negotium,quæ tot ambagibus inuoluta sunt super interpretatione l.videamus.ff.de vsur.Quomodo authores laudandi sint, & in quibus actionibus litem suscipere,& in quibus duntaxat liti assistere debeant,in forens.institu. nostrarum lib.j.copiosè explicuimus.

Exceptio ex noua causa.

Exceptio ex noua causa nõ autem actio fundari potest.

EXceptio ex noua causa, & iure superueniente post litem cõtestatam fulciri potest:non autẽ actio,nisi ius illud,actori nouè delatum,originẽ à causa, iudicii auspicia antecedente,traxerit. Veluti,si quis ante solutionem egit pignoratitia, licet nõ rectè agit, tamen si offerat in iudicio pecuniam , debet rem pignoratam, & quod sua interest, consequi.l.si rem alienã.§.qui ante.ff.de pigno. actio.Sed id ita accipiendum est,dummodo

ius ill

ius illud quæsitum sit, antequã iudicandi calculus fuerit porrectus, seu conclusum & renunciatum in causa, vt sentit Barto. in l. si mater. §. eandem. ff. de rei vendic. Sed & Paul. Castren. in dicto §. qui ante. ait, leges à pontificiis constitutionibus hac in re dissidere. Nam leges negant sequi oportere condẽnationẽ ex nouo iure, quod ante iudicii exordium non competebat. Pontificii verò iuris constitutiones tradunt, vt si generaliter quis se dominum asserens, fundum vendicaret, nec qua ex causa dominium fuisset nactus, exprimeret, ex iure, quod post iudiciũ cœptum esset delatum, posset vincere. c. Abbate sanè. de re iudic. in vj. Quod si aliam adiecit causam dominii: alia autem causa superuenerit post litem vtique cõtestatam, reus absoluetur. Ita tamen, vt ex noua causa ius referendæ quæstionis ei seruetur integrũ. Huic quidem opinioni accedit, quod scribit Ioã. Fab. in §. si minus. instit. de actio. Si enim ex causa commodati quis egerit, postea verò non probat commodatum, sed depositum, nec hoc correxit, sed petiit ius sibi reddi, durum ait videri condẽnationem posse fieri, cùm secundum petitionem nõ fieret. Sin autẽ hoc correxerit, innuit sequi posse pro actore sententiam. Sed illud de causa depositi, quæ iudicium præcessisset, posset intelligi. Itaque huic loco non satis quadrare vi-

Ex quacunque causa liqueat actorem vincere oportere, non distingui an ante, an post iudicium cœptum causæ illius fuerit ius quæsitum.

deretur. Verùm vsu nostro forensi receptũ est, vt ex quacunque illuxerit causa, siue ea ante iudicium, siue post litem contestatam, ante tamen litis conclusionem orta fuerit: actor victoriam referat: quod ad sortem, seu principale litis pertinet. Sed in expensas iudicii, antequã ea causa superueniret, aut declararetur, agitati, erga aduersarium condemnatur. Si tamen aduersarius post declarationem eius causæ postularet, ad alias exceptiones obiiciendas & probandas admitti, ad idque totum nouam causam proponentis sumptu expediendum, eius petitioni obsequendum esset. Quin & iudex eum sumptũ quidem à se priùs taxatum aduersario reddi, ante iudicii aditum decerneret reddendum.

Exceptio rei iudicatæ.

Exeptio rei iudicatæ potest post arestum proponi.

EXceptio rei iudicatæ omissa, non solùm in causa appellationis, sed etiam post arestum proponi potest: impetrato à principe rescripto, instar supplicis libelli, quem requestam ciuilem vocant, si super eodem facto, super quo fuerat priùs iudicatum, altera, & contraria lata sit sententia, vt probat text. in l. si duo. §. idem Iulianus. & ibi Bart. ff. de iureiur. Atque ita summa Paris. curia decidit, die quinta Ianuarii 1543. quãuis in ea specie, qui prius fuerat absolutus ab accu-

satione

ſatione furti, poſtea ab eodem accuſatore condictione furtiua, vel ab hærede eius, ad quem res furtiua pertinebat, fuiſſet conuentus, & ſuccubuiſſet, atque ad eam curiã prouocauiſſet, apud quam etiã fuiſſet ſuperatus.

Executor citationis Pont.

EXequatur ſi quis citationis decretum, à iudice pontificio latum, nõ poteſt conueniri corã iudice laico vel regio: quod peccauerit in regiam conſtitutionem, qua apparitor citationis decretæ exemplum pro foribus citati debet affigere, vt iudicatum fuit à ſumma Pariſ. cur. die quinta Ianuarii 1543. quoniam in foro pontificio regiæ conſtitutiones, quæ ad iudicii ſeriem contexendam pertinent, non adſtringunt, vt probat text. in c. quod clericus. de foro compe. in antiq. Sed quantum ad litis ſpectat deciſionem, ſi coram pontificio iudice laici litigent, conſuetudo laicorum cuſtodienda eſt: vt tradit Paul. Caſtren. in l. ex ea. ff. de poſtuland. At qui non poſſum cernere, quomodo id hodie apud nos locum haberet: cùm non, niſi certis ex cauſis, vt puta ſuper fœdere matrimonii, & decimarum ſimplicium, vel (vt dicunt) ſpiritualium præſtatione: ſicuti in forenſibus noſtris inſtitutionibus lib. j. diſſeruimus. Hæ autem cauſæ ferè pontificii iuris

Exequutor citationis à pontificio iudice decretæ nõ poteſt coram laico iudice conueniri, ob non obſeruatam conſtitutionis regiæ formam.

deciduntur sanctionibus: nisi quòd ad decimas spectat, diceretur, eas præstari minimè solitas ea forma, quæ in actoris libellum deduceretur: quia hæ quoque simplices decimæ cõstitutionibus regiis, nempe Philippi, titulo de decimis, talliis & exactio. ad finem styli parlamenti appositis, prohibentur alio modo exigi, quàm hactenus percipi consueuerunt. Accepimus tamen à iudice quodam pontificio generalem fisci apud supremam Paris. curiam procuratorem aliquando sibi fuisse interminatum, ni constitutiones regias super capitalium iudiciorum ordinatione promulgatas obseruaret, à iudicis illius pontificii processu & cognitione, tanquam ab abusu, prouocaturum. Quocirca hodie iudices pontificii constitutiones illas regias in struendis capitalibus iudiciis sequi solent, non autem ius pontificium.

Filia

Filia.

FIlia quæ patris hæreditatem repudiauit, ſi auo ſuccedat, qui filio ſuo primogenito ſuperſtes fuit, an poſsit ius primogenituræ, quod patri competebat, obtinere, magnopere certatū eſt. Nam alii exiſtimant filiæ id ius primogenituræ competere: quoniam id ius primogenituræ ſanguinis iure defertur, non iure hæreditario: adeò, vt ſi regis primogenitus hæreditate patris abſtineat, conſequitur tamen iure primogenituræ regnum, vt ſcribit Do. Carol. Molin. in commenta. conſuetud. Pariſ. §. viij. in gloſſ. iiij. nume. 8. Deinde ſi pater fuerit deportatus, ſuccedit nepos auo ſuo, non ex perſona patris, ſed ex perſona ſua. l. ſi qua pœna. ff. de iis qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. ſi auus. C. de liber. præter. vel exhære. Tum ſi pater quidpiam admiſerit, quo auitam amiſerit nobilitatem, ſiue viuo patre, ſiue eo mortuo, id non obeſt filio, quin ex perſona aui nobilitatem poſsit retinere: vt tradit Barto. in l. ij. ff. de interdict. & relega. Denique filius repudiata patris hæreditate, per in integrum reſtitutionem ad aui ſucceſsio

Filia quæ patris repudiauit hæreditatem, & poſt patris mortē auo ſucceſsit, an poſsit primogenituræ ius, quod patri cōpetebat, obtinere.

cesſionem admittitur, vt nota. in l. vlti. C. ſi minor ab hæred. ſe abſt. Alii verò cenſent hanc filiam, quamuis aui ſucceſsionem adipiſci poſsit iure ſuo, & ex perſona ſua, non poſſe tamen ius primogenituræ, quod patri competebat, nanciſci. Siquidem cùm id ad patrem pertineret, nec niſi iure repręſentationis poſsit id filia vēdicare: ipſa autē repręſentare nequeat, propterea quòd hæres nō ſit, conſentaneũ eſt, vt id ius primogenituræ aſſequi non poſsit. Alioqui fictio duplex cōcurreret: tum quod patrem repręſentaret, tũ quòd ex perſona eius, cuius hæres non eſſet, lucrum caperet. At non poſſunt duæ fictiones concurrere. l. j. C. de dot. promiſſ. & l. j. ff. de vſu, & vſufruct. Imò magis fictio, quàm veritas valeret: nunquam enim filius patri hæres extitit. Quî igitur poteſt ex perſona patris id filio competere, rurſumq; ex perſona aui ſuæ nepti obuenire: cùm nō niſi per mediam filii perſonam queat transfundi? At quia patri hæc filia non ſuccedit, nullo modo id ſibi poteſt arrogare. Succeſsio eſt enim in vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis habuit. Itaque perinde eſt, quantum ad filiam attinet, ac ſi pater nunquam in rerum natura extitiſſet, vt not. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liberis & poſth. præterea legis diſpoſitio nō debet ad fictam ſpeciem protrahi, præſertim in qua

par ra

par ratio, atque in vera ſpecie non ſubſiſteret.l.ſtatuis.§.Cornelio.ff.de iure fiſ.& l.ex ea.& l.inſulam.ff.de verb.obli. Cæterũ hæc filia duo ex diametro pugnãtia molitur. Primùm ſe nexibus hæreditatis paternæ liberat,ei renunciando. Attamen alterum contendit, nempe vt lucrum ſibi ex ea hæreditate quærat:nimirum ius primogenituræ. Verùm in confeſſo eſt, eam non iure repræſentationis, ſed iure ſanguinis tantummodo ad ſucceſsionem aui vocari, vt tradit Alexand. in dicta l. cùm auus. & in l. j. C. qui admitti. Quin Bald. & Paul. Caſtrenſ. & recentiores in l.Pactum.C.de colla.tradunt, filiã dotatam, quæ ex ſtatuto à patris hæreditate excluſa eſt,ſi pater ante annum vita exceſſerit, nihilominus eam poſſe ad hæreditatem aui peruenire : iure quidem proprio, atque ex ſua vtique perſona,quamuis ſi patris hæreditatem adiiſſet, ab aui ſucceſsione penitus foret excluſa, vt proba. ex not.in l. poſthumum.ff.de iniuſt.rup.& irri.fact. teſta.& in l.qui ſe patris.C.vnde liber.nec tunc ſuccedit auo tanquam filium repręſentans,cùm illi filio nunquam patris delata fuerit hæreditas,vt tradit Barto.& Bald.in l.ſi auus. C. de liber.præter. Poſtremò cùm filia non accedat iure tranſmiſsionis ex perſona patris in ſeipſam factæ,ſecundum nota.in l.in ſuis. ff. de liber. & poſthu. ſed remouendo patrem

à grad

à gradu suo, non potest eodem, ac suus pater iure censeri: vt scrib. in l. j. §. si sit nepos. ff. de colla. dot. & per Salyce. in dicta l. cùm auus. C. de liber. præter. Sed & regulariter omne primigeniorum ius est hæreditarium, & eo modo, quo legitima, defertur, vt respondit Oldrad. consi. xciiij. & refert idē Carol. Molin. loco suprà citato. nu. 14. Itaq; ius illud à nemine, qui se pro hærede non gerat, obtineri potest. Proinde cùm filia patris se abstinuerit hæreditate, efficitur, vt ius illud primigeniorum, quod patri, si superstes esset, competeret, non possit consequi. Huc autem pertinent complura alia accuratissimè à Do. Andr. Tiraq. disputata. in tractatu primige. seu de nobilitate quæstio. xij. xiij. xiiij. & xv. vbi in eam sententiam videtur descendere: vt hæc filia iure primigenii debeat potiri, si patris hæreditatem non repudiasset, quia hanc sentētiam posteriore loco id subiicit, refutátque argumenta aduersus eam à seipso prolata.

Filij adoptiui.

Filij adoptiui in hoc regno an succedant, & ad retractum admittātur.

FIlii adoptiui in hoc Franciæ regno non succedunt, vt testatur Masue. tit. de proba. versic. item si defunctus. & Bened. in repeti. c. Raynutius. in verb. vxorem nomine Adelasiam. nume. 760. de testa. referq; Do. Andr. Tiraq. in tract. de retract. §. j. in gloss. viij. char

viij.charta xlviij. vbi nec eos quidem ad retractum admitti ſubiungit: neque audiendos eſſe filios naturales reſcripto principis legitimos factos, ſi ad eundem accedant retractũ, & res à patris conſanguineo ſit vendita. Sin autem à patre, huiuſmodi filios admittẽdos ſcribit idem Tiraquell. eodem in loco chart. præced. ex ſentẽtia Bened. in dicta repetit. ſuper iiſdem verb. nume. 187. quamuis alios citet, aliud affirmantes: nempe huiuſmodi legitimatos ad retractum eſſe recipiendos. Ego tamen Benedicti & Tiraq. opinionem iudico potiorem, vt pote quæ conueniat cum his, quæ infrà traduntur: vbi huiuſmodi legitimatos patris poſtulatu ad ſucceſſionẽ patris admittẽdos ex ſententia etiam Nicolai Boerii ſcribimus. Verùm filios eorũ qui naturales ſunt, ſi legitimi & naturales ſint, inter ſeſe mutuas capere ſucceſsiones, & à patribus, & à ſibiipſis, & ab iiſdem venditas res etiam retrahendi ius illis competere affirmat idem Tiraq. iſtic ex Maſue. tit. de retrac. §. penul. & Bened. in verb. illis, Et vxorem nomine Adelaſiam. nu. 716.

Filia naturalis.

Filia naturalis, ſi viro naturali & legitimo nubat, ob mariti qualitatem legitima efficitur: vt tradit Angel. in §. quod verò. in fine.

Filia naturalis ſi viro naturali & legitimo nubat, an

per omnia efficiatur legitima.

fine.in authent.quibus mod.nat.effic. ſui.& Ioan.Fab.in §.vlti.inſtitu.de nupt. citátque ad hoc text.in l.ſi quis.C.de natur.liber. vbi Bal.id confirmat.Sed id intelligendum eſt, quantum ad alia, prǽterquàm ad parentum ſucceſsionem:quoniam huiuſmodi filia parentibus ſuis non ſuccedit, ſecundum huius regni conſuetud. vt refert Boer. in deciſio. Burdeg.quæſt.cxxvj.Nam l.ſi quis.& Fab.in dicto §.vlti.loquuntur,vbi filia naturalis viro curiali nubit: cùm enim per oblationem curiæ filii legitimi efficiantur,par eſt, vt mulieres curialibus matrimonio iunctę,eodem potiantur priuilegio. At hodie dignitas vel fortuna curialis apud Gallos legitimum filium non reddit. Ceſſat quippe cauſa:ſiquidem hoc,aliiſque priuilegiis donabantur curiales,quòd tributis fiſcalibus repræſentandis eſſent obnoxii, ſi fortè collatores defuncti nulla reliquiſſent bona, vnde fiſcalibus tributis poſſet eſſe ſatisfactum. Nam Alcia. in annot.in l.nec Proſtaſiæ. de muneri. patrimo.lib. x. C.ſcribit, Decaprotos eſſe eos intelligendos,qui pecuniam exigebant,quā ipſi fiſco numerabāt.Quod ſi morte alicuius Reipub.fuiſſet illatum damnum, ipſi ſupplebant:citátque in argu.l.vlt.ff.de munerib.& honorib. in hæc verba, Nam Decaproti & Icoſaproti tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt, & pro muneribus de-

functo

functorum fiscalia detrimenta resarciunt. Atque subiungit ibidem Alciat. hos Decaprotos & Icosaprotos ex decurionum principiis eligi solitos, eósque verbo latino decẽprimos, & viginti primos appellari. Quapropter eos esse arbitror, quos hodie scabinos, seu Escheuinos vulgò nominamus. Nã in iis collegiis ciuitatum, in quibus triginta & vnus decuriones sunt tantũmodo, sicuti in huiusce vrbis Fontenaiẽsis collegio, duodecim tantum Scabini, seu Escheuini sunt. At in Rupellanæ vrbis collegio vigintiquinque primi erant, quòd ex centum decurionibus collegium illud constat. Tametsi verò improba quorundã suasione Franciscus hoc nomine Gallorum primus Rex illud abrogasset. Eius tamen filius Henricus, nunc huius regni moderator, comperta illius abolitionis iniuria, illud restituit: quamuis Francisci patris sui acta maximè cupierit rata esse: adeò illud in Reipu. vergebat dispendiũ. Quin & in huiusce Fontenaiensis vrbis collegio, ciuitatis defensorem (quem nos maiorem dicimus) ex aliis, quàm ex iis duodecim primis, fas non est designari, & creari. Tamen Niorti, & Pictaui, & Rupellæ dudũ ex omni centum decurionum numero vnus ciuitatis defensor quotannis assumi consueuit. Meritò igitur illi in hoc Fontenaiensi oppido duodecim, primi vocari possunt.

Qui decemprimi.

Henrici regis hoc nomine ij. in vrbem Rupellanam beneficium.

Qui scabini.

m Itaque

Itaque hos Echeuinos appellari coniectamus, quòd iis præ omnibus curę esse debeat, ne quid res publica capiat detrimēti. *Escheuer* enim verbo gallico dicimus, quod vitare latinè appellamus. Proinde Valens Imperator in l. quidam ignauiæ. de decurio. lib. x. C. sanxit: vt qui curialis conditionis nexu essent obligati, à monazonio in eam, quam deseruerant, curiā, retraherētur. propterea quòd monachis esset admodum infestus, vt qui nondum Christianæ religionis nostræ esset initiatus: sicuti solertissimè, veluti omnia, interpretatus est Alciat. Quin & posteaquàm religionem nostram suscepit, in hæresim Arrianam lapsus est, & plurimum iis, qui contrà sentirent, fuit molestus: vt copiosissimè refert Theodoritus in historia, quam à calce historiæ ecclesiasticæ persequitur.

Filius naturalis.

Filius naturalis quo modo apud nos fit legitimus.

FIlius quoque naturalis nullo modo apud nos moribus nostris efficitur legitimus, quàm per subsequens matrimonium: vt not. in l. tanta vis. qui filii sint legi. & per amplissimum regis diploma & rescriptum, vt tradit Chassa. in commenta. consuet. Burgund. titul. *des success. des bastars.* §. iij. versic. Sextus. quod tamen obiter ipse affirmat: quamuis disert

diſerté id exprimi oportuit, cùm multam lectionis moleſtiam in euoluendis legibus, legúmque commentariis adimat.

Filia minor XXV. *ann.*

FIlia minor xxv. annis, quæ ſucceſsioni paternę & maternæ renunciauit, dote ſibi à patre vel matre cõſtituta & data, an reſtitui aduerſus hãc poſsit renunciationem, ſi dos legitima minor fuerit? Videbatur enim non poſſe, quoniam qui iure communi vtitur, non cenſetur circunſcriptus. l. vlti. C. de in integ. reſtit. Tum vbi actus à minore geſtus æquè poteſt cõmodum ac damnum ipſi afferre, non poteſt propter dubium euentum aduerſus eum actum minor reſtitui: vt probat textus in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. Nempe ibi minor fideicommiſſum à patre ipſi & fratri viciſsim datum, ſi alter ipſorum ſine liberis vita excederet, remiſit tranſactione inter eos inita: non poteſt ea reſcindi tranſactio, tanquam minor circunuentus ſit. Deinde quandiu pater & mater ſunt ſuperſtites, nondum conſtare poteſt, an dos legitimam ipſi filiæ debitam æquet: an non. Siquidem vterque parens labi poteſt facultatibus: vel liberorum numerus augeri, vnde legitima multò minor efficeretur. Nã quanta ſit, ex die quo parentes mortem op-

Filia à patre, vel matre dotata, ſi renunciauerit paterna, vel materna hæreditati, an aduerſus renunciationem poßit reſtitui.

petunt,iudicari debet,vt not.in auth.nouissima.C.de inoffic.testa.& in l.hæreditas. ff. de regul.iur. Itaque sicut si dos legitima amplior tempore mortis parentum inueniretur,nolet succeßsionis fieri particeps,& dotem conferre: ita si legitima dote maior tũc reperiatur, non debet ad succeßsionem admitti. Nemo quippe id iure postulat, cuius contrarium fuisset,si aliter contigisset, postulaturus.l.penult.C.de solut.& l.ad res donatas. ibi, quid ergo si ab eo,cui donata est res, melior facta fuisset? ff. de ædilit.edict. præsertim si iusiurandum accesserit,quo renunciationem asseuerauerit à se custoditam iri:vt probat text.in c.quamuis, de pact. lib. vj.quia id iuramentum sine salutis æternæ dispendio seruari potest. Atque hanc sententiam se semper tanquam æquiorem fuisse sequutum scrib.Boer.in commenta.in consue. Biturig.titu.de testa.§.vj. & in decisionibus Burdeg. quæst. lxij. fretus authoritate præstantißsimi quondam Franciæ Cancellarii, Ioannis Ganeii.His quoque suffragatur tex. in l.vlti. C.qui & aduersus quos in integr. quo vetatur filius minor aduersus contractum cum patre gestum restitui.Sed text. in l.si quando.§.j.C de inoffic.test.contrà suadet. Nam si filius certas res, vel pecunias patris testamento acceperit, & pactus fuerit, non mouendam à se inofficiosi testamenti

querel

querelam,nõ debet hoc pacto filius prægrauari,quin quod deest ipsius legitimæ,sibi repleri petere queat: cùm filii magis ad obsequia paterna sint meritis prouocandi, quàm adstringendi pactionibus. Præterea minor nulla cuiusuis contractus specie potest sine iudicis decreto immobilia alienare, nec quod sibi à patre donatum est, ei reddere: vt probat tex.in l.non solùm.& in l.si ad resoluẽdam.C.de præd.& ali.reb.mino. Cùm autem hæc renunciatio immobilium alienationem complectatur, momenti igitur nullius est. Nec dispiciendum quidem est, an læsus fuerit minor,nécne: sed an decreti solennitas fuerit adhibita,an non. Itaque cum filia quædam in contractu matrimonii quasdam pecunias à patre accepisset, atque successioni maternæ iam sibi delatæ, itémque paternæ renunciasset obuenturæ post mortem patris, rescriptum à principe impetrat, quo exponit,se minorem illius renunciationis tempore fuisse,& grauiter læsam, potissimum quia facultates patris, plurimum ad patris supremũ vsque diem excreuerint, & præterea liberorum numerus fuerit non parum imminutus. Iubet igitur princeps, vt si de his cõstiterit, ad successionis tum paternæ, tum maternæ partem hæc filia admittatur: sublato huius renunciationis impedimento,nulláque eius habita ratione, vt pote

quæ nullius ſit momenti: quia à minore xxv. annis emiſſa, & non mediocre damnum ei inferens. Proinde princeps eam irritam facit, præcipítque irritam pronunciatum iri, & aduerſus eam reſtituit. Porrò vbi aduerſarium ea filia ex illo reſcripto ad iudicem cõpetentem accerſiit, illúdque poſtulauit approbari, aduerſarius reſcriptum oppugnat, illis ipſis rationibus adductis, quas pro contraria opinione ſuprà citauimus. Addítque filiam ratam habuiſſe eam renunciationem poſt biennium à contractu matrimonii, & ideo non poſſe ampliùs eam infirmare: vt nota. in l. ſi mulier. C. ad Velleian. Inſuper ſubiungit, filiam præſcriptione tricennali ſubmouendam: quia iam triginta anni à renunciationis die effluxerant. Ad hæc illam nullatenus fuiſſe læſam, neque iacturam vllam in vtraque ſucceſsione feciſſe. Nam quod ad maternam ſpectaret, æquam portionem ſuſtuliſſe, inſpectis eius ſucceſsionis viribus, & liberorum numero, qui renunciationis tempore in humanis eſſet. Quòd verò ad paternam pertineret, dubium illum euentum, quem ſuprà attulimus, obiicit. Filia verò ex aduerſo laudat ea, quæ pro ſententia poſteriore huc adſcripſimus. Tunc præſcriptionem temporis refellit, reſpectu ſaltem ſucceſsionis paternæ: quia pater anno Dominicæ natiuitatis 1540. vita functus

fuerat

fuerat. Itaque quandiu fuerit superstes: non potuisse prescriptionē currere. l. j. C. de annal. except. Quod autem ad maternam successionem spectaret, non esse præteritos triginta annos à renunciationis tempore. Itaque adhuc perdurare hæreditatis petendæ ius ex beneficio iuris ciuilis. l. licet. C. de iure delib. & l. hæreditas. C. de petit. hæredit. Quibus rebus effectum est, vt litis status sit inficialiter constitutus. Tandem sententia lata fuit, qua rescriptum principis comprobatum fuit, quantum ad maternam hæreditatem pertineret: quantum autem ad paternam, ab eius rescripti commodo filia depulsa fuit. Vterque autem litigantium ab ea sententia prouocauit. Postea verò quàm instrumentum litis in supremæ curiæ consilium missum fuit, statuit curia, vt super paternorū bonorum quātitate & precio, nécnon super statuti cuiusdam obseruatione fierent probationes: quibus peractis iterum censendi facta potestate, litem eam suprema illa curia definiuit: decreuítque vt ei filiæ rata iustáq; portio hæreditatis & paternæ & maternæ traderetur, nulla renunciationis illius, eiúsque etiam iteratæ, habita ratione: quoniam permultum damnosa fuisse ea renunciatio probata fuerit: & propter immodicam læsionem filius aduersus contractum cum patre celebratum restitui posit: vt probat tex.

in l. si superstite. C. de dol. Cuius legis, cum dicta l. vlti. C. qui & aduersus quos antinomiam vsus noster forensis hoc modo dissoluit: vt l. illa vlti. seruetur, vbi modica est læsio: at si immodica l. si superstite, custoditur. Hanc verò antinomiam conciliari non posse, tradit Do. Budęus in annotationib. posterioribus in pandectas charta 24. sed ab illa l. vltima, vt pote quæ sit posterior, & à Iustiniano Imperatore condita fuerit, abrogari l. si superstite. quam Diocletianus & Maximianus imperatores Iustinianum multis annis præcedentes, sanxerunt. Quod quidem iudicium à summæ eruditionis & integritatis, & præside illius curiæ Do. Ioanne Bertrando, nunc autem meritissimo Galliæ nomophilace in solennibus iudiciorum curiæ pronunciationibus voce præclara recitatũ fuit, die prima seu calend. Februarii, 1545. Consimile porrò iudicium fuisse à supremo Burdegalensi Senatu latum, refert Boerius in quæst. lxij. suprà à nobis citata, in iisdem decisionibus. atque hoc maximè nixum fuisse, quòd paternæ facultates non mediocriter post renũciationem fuerant adauctæ, eáque renunciatio semper sit interpretanda, vt nihil nouè postea emerserit, & rebus (vt ipse ait) sic stantibus. Sed quum supplicem libellum quis ea de re Cancellariæ Parisiensi obtulisset, lis à libellorum præfectis, qui tũ

rescript

rescriptis principis sigillo muniendis præerant, libellus ille repudiatus est, quòd assererent id esse apud supremam Parisiorum curiam protritum axioma, filiam à patre, vel matre, vel ab vtroque nuptum elocatam, si alterutrius, vel vtriusque hæreditati renunciet, non posse (quãuis minor xxv. annis sit) aduersus eam restitui renunciationem, quod tamen aresto illi (cuius modo meminimus) ex diametro aduersatur.

Cæterùm vbi statuto filia ab vtroque parente dotata, ab eorum successione excluditur, prout statutis regionis Pictonicæ c. cc. proditum est: cùm inter nobiles & generosas personas dos filiæ data est, quamuis ipsa dos minor portione fuerit legitima, si filia minor xxv. annis renunciauerit, etiam in matrimonii contractu, parentum successioni, & postea ante eorum mortem insigne incrementum susceperint parentum opes, vel eorum industria, vel hæreditatibus ad eos delatis, vel liberis ad paucos redactis, vel alia quacunque ratione, maiorem multò dubitationem habet hæc quæstio, an aduersus hanc renunciationem restitui possit filia. Et sanè Chassa. in commentar. consuet. Burgund. titu. *des success.* §. xij. in gloss. *ne retourne point.* posteaquam multis rationibus veluti prælusit, filiam in hac facti specie nõ posse ad successionum redire, tamẽ in hac per-

ſtat ſententia, vt ad ſucceſsionem ne reſiſtẽ-
te quidem ſtatuto, vel renũciatione, debeat
admitti. Idque variis argumentis fulcit à nu-
me. 18. vſque ad nu. 24. quæ huc transferre
prorſus eſſet otioſum. Sed contrà ego arbi-
trarer, propter duplex, vel triplex vinculũ,
nempe ſtatuti, renunciationis, & iuriſiuran-
di. Quippe hoc caſu renunciando, vtitur iu-
re communi: ſcilicet ſtatuto, quod iuris com
munis vim habet, vt not. in l. omnes populi.
ff. de iuſtit. & iur. & per Paul. Caſtrenſ. in l.
cum prolatis. ff. de re iudic. Ad hæc omnia
in priori ſpecie in hanc ſententiam addu-
cta, eam planè à ſucceſsione repellunt. Quã-
obrem cum Andibus ſimile vigeat ſtatutum,
& mulier quædam ita à patre dotata reſcri-
ptum huiuſmodi à principe fuiſſet conſe-
quuta, ob eaſdẽ cauſas, nempe propter maxi-
mum ſubſtantiæ incrementum, quòd vtriq;
parenti poſt eam renũciationem obtigerat:
ob minoris ætatis imbecillitatẽ: aduerſarius
autem depuliſſet mulieris intẽtionem, pro-
pterea quòd filia nobilis ex ſtatuto illo cùm
à patre dotata eſt, ſucceſsionis eſt expers:
deinde quòd dos iuſtæ & æquæ ipſius por-
tioni, quæ illi tum in vtriuſque parentis bo-
nis competiiſſet, reſponderet: lis verò infi-
cialiter conſtituta eſt. Probationibus autem
tum teſtibus, tum literariis documentis mu-
tuò peractis, contradictis, eorúmque diſſo-
lutionib

lutionibus vicissim præbitis, & calculo iudicandi à litigantibus porrecto, alter ex iudicibus (ad quos litis illius cognitio & definitio à suprema curia fuerat mandata) quosdã vrbis nostratis Fonteniensis, nósque hac de re consuluit. Itaque cùm animaduertissemus litis cardinem potissimum in eo versari, an parentes essent nobiles, quod planè inficiabatur mulier, aduersariúsque contra asseuerabat, atque literariis monumentis in eo iudicio prolatis ostenderetur, quosdam eiusdem nominis & appellationis, quibus pater nominabatur, fuisse plebeios: aduersarius verò mulieris id refelleret, quod illi, qui iisdẽ nominibus appellitabantur, non erant ex eo genere & stirpe, à qua litigantes originem duxerant, sed omnino ex alia: respondimus non liquere, esséque interloquendum, vt super hac liticula docerent litigantes, an qui iisdem nominibus vocabantur, essent ex ea sobole geniti, ex qua se litigantes generatos asserebant. A qua interloquutione quidem mulier prouocauit: quãuis ea interloquutio non parum ipsi suffragaretur. Nã licet quis præsumatur is esse, qui in instrumento nominatur, quoniã personæ, vel res plures esse non censentur: vt tradit Bald. & Paul. Cast. in l. ij. C. de erro. aduoc. & scrib. in cap. cùm Ioannes. de fide instr. & probat textus in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiurã. tamen si

Probatio nõ nunquam decernẽda super ijs, quæ in contradictis allegantur.

Plures personæ, vel res an præsumãtur?

men si disettè affirmetur illũ non esse hunc, qui in instrumento nominatus est, imò aliũ: probatio illius facti decernẽda est, siquidẽ præsumptio ea iuris non tollit facultatem, quin contra probari queat, sed transfert in eum, aduersus quem vrget, probandi onus, vt not. in l. siue possidetis. C. de proba.

Filia si renunciauerit hæreditati paternæ, eius filius & nepos ad aui successionẽ ex sua persona admittitur.

FIlia quæ paternæ successioni renunciauit, nõ excluditur ab his, quæ pater postea ad secundas conuolando nuptias amisit. Nam id sua culpa perdidit, vt scribit Bartol. in authent. hoc ampliùs. C. de fideicommis. Tum ea renunciatio, ad futura non debet produci, vt not. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. quoniam ad incogitata renunciatio non extenditur. l. mater. ff. de inoffic. testam. & Guido Pap. quæstio. ccxxviij. Porrò filii eius filiæ, quæ paternæ successioni renunciauit, possunt ad aui successionem venire ex persona propria, non autem ex persona matris: vt asserit Bartol. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. & idem Guid. Pap. in decision. Delphi. quæstio. ccxxviij. cui suffragatur Pau. Castr. in l. pactũ quod dotali. C. de colla. vt suprà etiam obiter diximus.

Gallor

Gallorum filij.

Gallorum filij an in patrum sint potestate.

GAllorum filios non esse in patrum potestate: tradit gloss. in §. j. instit. de patr. potesta. quam non solùm transalpini iuris interpretes, sed etiam cisalpini ibidem sequũtur, demptis quibusdam recentioribus, adeò vt Alexand. Imol. in l. placet. ff. de acquiren. hæred. scribat, patrem apud Francigenas non habere vsumfructũ in rebus aduentitiis filii. Verùm haud scio an Accursius id vel per manus traditum acceperit, vel ex morum, quibus suo tempore Galli vtebantur, commentariis didicerit. Tamen ferè omnium regionum (quæ apud Gallos moribus reguntur) statutis contra proditum est. Alibi enim filius plebeiæ conditionis vsque ad vigesimum annum in sacris patris est, nisi per annum & diem seorsum à patre habitauerit, vt nominatim Pictonum statut. c. xv.^{xx}, xvij. cautum est. Quin Chassa. in cõmentariis consuetudinum Burgũd. §. iij. titul. *des enfans de plusieurs lictz*. refert, iudicio supremæ Paris. curiæ pronunciatum fuisse, filios in patrum potestate apud Gallos esse. Quocirca cùm Rupellæ nullum sit super ea

re sta

re ſtatutum, ſed tantummodo caueatur filiã nuptã exuere patris poteſtatem, & in mariti tranſire: quidam aduerſus nouercam litem mouerat pro eorum fructuum dimidia, quos pater ipſius ex defunctæ matris bonis constante nouercæ matrimonio perceperat: nouerca autem excepit vſumfructum in bonis filii patrem habuiſſe: replicatione verò hac alter vſus eſt, quòd Galli filios in poteſtate non haberent, proinde vſumfructum apud eos patri in rebus filii non competere, tandem filius ſupremæ Pariſ.cur.iudicio à nouerca ſuperatus eſt. & quamuis Ioan. Fab.in §.j.inſtit.ad Tertyl.dicat conſuetudine regni Franciæ filiam tranſire in poteſtatẽ viri, ſed non ideo eximi à patris poteſtate: hodie tamen obſeruamus, vt ita filia ſubeat viri poteſtatem, vt liberetur à patris poteſtate, nec ampliùs authoritas & conſenſus patris, ſed ſolius mariti in actibus filiæ requiratur. Id autem trad. ſtatu Pict.c.cccxviij. Quam autẽ afferunt illi rationem, quod filii Gallorum, ac etiam Britonum non fuerunt in patrum poteſtate, ea eſt frigidiuſcula, nempe quòd ſub Imperio Romano non fuerint Galli & Britones. Nam quantũ ad Gallos ſpectat, ex commentariis Iulii Cæſaris perſpicuum eſt, partim eos à ſe fuiſſe deuictos, & Romanæ ditioni ſubditos, partim vetuſto fœdere cũ Romanis tum fuiſſe coniunctos, iúſque ciuitatis

Galli an olim Romano fuerint imperio ſubditi.

uitatis Romanæ adeptos: vt puta Hæduos. Idque latiùs explicuit Alciat.lib. ij. prætermiſſ.c.xxij.Sed & text.in l.ſpadonem.§.vlt. ff.de excuſat.tutor.id manifeſtiſsimè multis poſt ſeculis apud Gallos obſeruatum fuiſſe oſtendit.nam iſtic Imperator Adrianus Britaſio Pollioni legato Lugdunenſi reſcribit, quoniam filiusfamiliâs tutor creatus fuerat, pater autem cauere ideo nolebat, vt filium ſuum tutela eximeret: huic fraudi rectè occurſurum Legatum, ſi filium & patrem ad tutelam gerendam cõpelleret. Cùm enim Imperator filiumfamiliâs nominet: arguit eum in patris eſſe poteſtate. Conſtat autem eum fuiſſe Gallum, quòd Legato Lugdunenſi eſſet ſubditus. Et licet fuiſſent Imperio Romano ſubiecti, non continuò filios in poteſtate habuiſſent: quia id ius proprium erat ciuium Romanorum, vt probat text. in l.iij. ff.de iis qui ſunt ſui vel alie. iuris. & hoc ius inter alia ciuitatis Romanæ iura recẽſet Alciat.diſpunct.lib.ij. c. xxj. Gallos autem iugo Romani Imperii ceruices aliquãdo ſummiſiſſe conſtat ex l.in nomine Domini.§.iubemus autem.C.de offic.præfec.præt.Afri. Verùm hoc ius patriæ poteſtatis apud Gallos, antequam Romanum audiſſent Imperium, inoleuerat. Nam C. Iul.Cæſar lib. Gallici belli ſexto, ſcribit, vbi Gallorum mores commemorat, viri in vxores, ſicut in liberos, vit

Filius in patris potestate præsumitur esse

ros vitæ necísque potestatem habent. Itaque presumitur filius in patris esse potestate, nisi probetur emancipatus. l. si emancipati. C. de collat. nisi seorsum à patre per decennium vixerit, vt probat text. in l. j. C. de patria potesta. & l. si filiusfamil. C. de petit. hæredi. & Bald. in l. post mortem. ff. de adopt. Ius autē patriæ potestatis inter alia, hoc est, vt pater vsumfructum in bonis filii aduentitiis habeat. l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. Sed si pater sit furiosus, licet non amittat in filium potestatem, amittit tamen vsumfructum, vt probat text. & Bartol. in l. cùm hæres. ff. de acquiren. hæred. Diuus enim Pius permisit filiofamiliâs, si furiosus esset pater, cuius in potestate erat, per se hæreditatem adire, & seruos hæreditarios manumittere, & vt perinde habeatur, atque si pater famil. factus esset. Sed & hac patria potestate non liberat sacerdotalis dignitas, quam filius adeptus est: vt tradit Barto. in l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. & Geminia. in c. vlti. de iud. in vj. at episcopatus soluit: authent. sed hodie. C. de episcop. & cler. pater tamen non habet vsumfructum in bonis filii clerici, cùm sint veluti bona castrensia, vt not. in l. sacrosanctæ. C. de episcop. & cleri. Soluitur verò moribus nostris patria potestas nuptiis: quod absurdum esset, virum in suam potestatem vxorē recipere, eundémq; alienæ

Vsusfructus bonorum filij patri competens iure patriæ potestatis.

Furiosus pater eum vsum fructum amittit.

Pater non habet vsumfructum in bonis filijfa. clerici.

alienæ ſubiici poteſtati. non autem quòd veluti ſerui pœnæ, vel captiui liberentur à patria poteſtate, ita & matrimonio: prout ioco magis, quàm ſerio ſcribit Pyrrhus in cõmenta. conſuet. Aurel. titu. quibus modis ius patr. poteſta. ſol. vel quod ſicut dignitas vna ex his quæ traduntur in l. vlti. de decur. lib. x. C. diſſoluit vinculum patriæ poteſtatis, ita etiam matrimonii dignitas, vt iſtic aſſerit Pyrrhus. Verùm id nõ habere locũ iudicarem, vbi ſtatutum exigit, vt filius poſt vxorem ductam ſeorſum à patre per annum & diem habitauerit, vt poſtulat ſtatutum noſtrum Picto. cuius modò memini. Nam cùm matrimonium, & habitationem à patre diuiſam requirat, alterum ſine altero non ſufficit: ſecundum not. in l. Fulcinius. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat. Planè communi Franciæ conſuetudine receptum eſt, vt filiifam. xxv. annis maiores, etiam cœlibes, habeãtur pro emancipatis, ac poſsint omnes actus gerere, quos emãcipati: veluti teſtari, codicillos cõficere, in iudicio ſine patris authoritate ſtare, vt tradit Bal. in c. j. §. j. in fi. de duo. fra. & Alexand. Imol. in l. vlti. C. qui teſta. fac. poſ. & refert Boer. in commenta. conſuet. Bitur. titu. *de l'eſtat des perſonnes*. §. ij. Emãcipationis autem hæc forma obſeruatur, vt apud iudicem, qui ſaltẽ mixtum Imperium, vel mediam iuriſdictionem (vt dicunt) obtineat,

Filium famil. per matrimonium ſui iuris effici.

Filiusfamilias maior xxv. annis cẽſetur tacitè emancipatus.

Emancipationis forma apud Gallos obſeruata.

n profit

profiteatur ſe filium præſentem patria pote ſtate & vinculis paternis ſoluere, rogétque iudicem, vt eum ſui iuris eſſe declaret, cui poſtulationi Iudex morem gerit, atque id in acta refert. Planè emancipando filium pater nõ poteſt integrum vſumfructum in rebus aduentitiis filii retinere: vt tradit Oldra. conſil. ij^c. xiiij. ſed tantum dimidiatũ vſumfructum, vt probat text. in l. ſi viua. C. de bonis mater. & in l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de bonis quæ liber. Quamquam autẽ tex. in l. iubemus. velit filium infantẽ, vel abſentem non poſſe ſacris paternis exolui, niſi accedente Imperiali oraculo: vidi tamen in lite quadam inſigni id obiectum fuiſſe aduerſus filiam quandam infantem, eiúſque curatorem, qui iure ſanguinis ex beneficio ſtatuti rem à patre venditam retrahere contendebat, quòd pater abſque principis reſcripto eam emancipauerat. Iudex tamen tum rei forenſis, tum iuris peritia cõmendatiſsimus nullam exceptionis illius habuit rationem, ac victum ſententiæ acquieuiſſe habemus compertum. Atque ſimiliter ab altero iudice nõ multò poſt iudicatum fuiſſe ſcio. Verùm à poſteriore ſententia emiſſa appellatio adhuc apud ſupremum Pariſ. tribunal pendet. Cæterùm emancipari ad vnum actuum poteſt filius, vt tradit Bartol. in l. j. ff. ad Trebellianum. & ſequitur Iaſon in l. cùm quid. ff.

Pater emancipando dimidiam vſusfructus in filijrebus partem poteſt retinere

Filius infans an poſsit hodie à patre ſine principis reſcripto emancipari.

quid. ff. si certum petatur. Quod quidem memoriæ commendandum est, quoniam patres sæpiùs gratia vnici actus, filios volunt emancipare, non tamen vsumfructum in bonis filiis amittere emancipando.

*

Hæres.

Hæres non potest mulieri dotem repetenti exceptionem adulterii obiicere.

HAeres viri non potest obiicere mulieri dotem repetenti exceptionem adulterii, viro superstite commissi: vt probat text. in l. rei iudicatæ. §. j. ff. soluto matrimon. & ibi Bartol. & Panor. in cap. plerunque. de dona. inter virum & vxo. quamuis hæres donationem à defuncto factam possit irritam facere, dummodo probet defunctum cõminatum se fuisse, ex causa ingratitudinis reuocaturum donationem: vt trad. infrà in verbo, reuocatio. Proinde videtur hæredem posse eam adulterii exceptionem obiicere, si doceat virum de adulterio vxoris fuisse questum. Quod equidem veriùs arbitrarer.

Hæres an donationem à defuncto factam impugnare possit: quòd ex causa ingratitudinis eã se reuocaturũ defunctus dixerit.

Hæredis institutio sub ea cõditione, si nomen & insignia testatoris gestet.

HAeres ita potest institui, si insignia gentilia, & nomen testatoris gerat: atque id censetur nõ modi, sed cõditionis loco adiectum: vt probat text. in l. si quis hæreditariũ seruum. ff. de condi. instit. Atque id à suprema Delph. cur. obseruatum se vidisse refert Guid. Pap. quæst. cclj. Scimus autem legatũ perquam opimum, ab auo materno nepoti sub

Quid in legato.

ſub hac conditione relictum, quo legatarius non reclamantibus cohæredibus ſuis potitus eſt: Idque minus eſſe dubitabile, quàm hæredis inſtitutionem, cùm ea tanquam iuris publici, vt pote quæ prora puppíſque ſit teſtamenti, magis hanc legem modi inſtar habere, quàm conditionis ſuadeat, ne tam facilè vitio pateat. Vt enim modus deficit, nõ corruit legatum, vel diſpoſitio ſub eo confecta: at conditionis defectus rumpit diſpoſitionem, vt not. in l. j. C. de iis quæ ſub mod. lega. vel fideicommiſſ. relinq. & in l. j. C. de conditio. inſert.

Inter hæredes æqualitas tuenda.

HAeredibus ita debet amica eſſe æqualitas, vt ſi vni prælegatum ſit relictum, cauſa prælegati alteri hæredum relicti adæquandi, ſi alteri adimatur, cenſetur etiam alteri ademptum. l. alteri. ff. de adimen. leg.

Hæredum vnus an poßit totam pecuniã defuncto debitam condicere.

HAeredum vnus poteſt totũ, quod defuncto debitũ eſt, petere. l. qui repudiantis. ff. de inoffic. teſta. quamuis æs alienum inter hæredes pro hereditariis portionibus diuidatur. l. j. C. de hæred. actio.

Hæres per dictionis taxatiuæ adiectionem, à facultate defuncto cõ

HAeres per dictionem taxatiuam, in diſpoſitione aliqua adiectam, non excluditur: veluti, ſi in venditione fundi conueniat, vt venditor intra certum tempus ſo-

cessa non excluditur.

lummodo reddito precio posſit redimere, nõ propterea ab ea facultate repelletur eius hæres, vt tradit Iaſ.in l. ij.§.item ſi ex facto. ff.de verbor.obliga. Semper enim cenſetur pactum defuncti cum ipſius hærede factum, etſi non fiat eius mentio. l. ſi pactum. ff.de probat.proinde ſi paciſcatur hæres, ne euictionis nomine, præterquam ex facto ſuo, obligetur:tamen ex facto illius, cuius hæres fuerit,tenebitur:vt tradit Paul.Caſtren.in l. ſi ſeruus.ff.de condict.furti. Factum namq; defuncti habetur pro hæredis facto. Alexã. Imol.in conſil.xviij.in ij.volu.

Litis cum defuncto pendẽti, an poſſit exceptionẽ hæres obiicere?

HAeredem noua iudicii inſtantia perſequi licet actori, quamuis aduerſus defunctum litem inſtituerit eadem de re,vt tradit Barto.in l.ij.§.ſi vnus.ff.de præto.ſtipu. Et quanquam referat Dyn.id aſſerere,in ea videlicet ſpecie,vbi in rem actione aduerſus defunctum actum erat: qui poſt litem ſecum conteſtatam obiit, & vnus ex hæredibus rem totam, qua de cum defuncto agebatur, poſſidebat, tanquam extraneus poſſeſſor rei,poteſt noua inſtantia conueniri. Sed ego hanc ſententiam in noſtrate iudiciorũ formula tueri vererer: ſi modo hæres iudicium eadem de re cœptum, & pendens dudum cum defuncto allegaret. Nam litis pendentis huic exceptioni tum locum fore pu-

tarem

tarem. l. vbi cœptum. ff.de iudic.& l. nulli. C.eode m titulo.

Hæredis appellatione, qui veniunt.

HAeredis appellatione, an veniat hæres hæredis hæc solet adhiberi distinctio. Aut enim lex vel statutum hæredis facit mẽtionem,& tunc comprehenditur, vt probat text.in l.hæredis appellatione.ff.de verbor. significa. Quamuis contrà asserat Cattellia. Cotta.in memorial.suis, in verbo, decretũ. Cùm (inquit) decreto Mediolanensis vrbis sit cautum,vt ad proximum defuncti hęredẽ trãsferatur rerũ defuncti possessio,si proximus hæres hæreditatem repudiauerit, alius qui ad hæreditatem accedit, eam non nanciscetur possessionem. Sed aliter existimarem, vt quantumcunque remotiore hæres gradu fuerit, si nullus propinquior hæres esse velit, eum hanc adipisci possessionem. Quippe cùm statutũ id meminerit hæredis, hęredẽ quoque hæredis complectitur. At in testatoris prorsus verbis aliud dicendũ est. Nam si testator ita loquatur: Quisquis mihi hæres erit,impuberi filio meo hæres esto. id de hæredibus testamento scriptis accipiendum est

Hæredis appellatione an veniat hæres hæredis?

dum est,non autem de iis qui ab intestato ve niunt.l.qui liberis.§.j.ff.de vulga. & pupill. substit.quem ad hoc citat Ias. in l.paterfam. ff.de vulga.& pupil. & in §.actionum.instit. de actio. Discriminis autem hæc mihi videtur ratio. Nempe statutum vno & eodem charitatis ordine omnes habet hæredes, ita vt duntaxat qui sit hæres, hunc velit confestim à morte defuncti rerum esse possessorem,nedum dominũ:testator verò cùm hæredem ait, singulari quadam beneuolentia eum prosequi coniicitur, vt pote quem suarum facultatum iubeat esse dominum. Itaq; singulare hoc iudiciũ ad alios hæredes à testatore nõ nominatos,nõ porrigitur. Quod sentit etiam Alcia. in d.l.hæredis. Quare ex proprietate sermonis secundũ hæredẽ non contineri,vbi hæredis scripti fit mentio,ibidem scribit Alciat.vel vbi suum hæredẽ, vel ipsum hæredem, & alia eiusmodi specialia pronomina enunciãtur: quia affectus ratione dicta intelligũtur,adeò vt de secundo hærede nõ intelligantur, vt respondit Bal. cõsi. cciiij.lib.v.& Oldra.consi.xxj.Quod autem Alciat.ibi subiicit, id cessare in eo, qui extranei alicuius hæredi relinquit, vt etiã id ad secundũ hęredẽ pertineat,quia id aduersatur theoriæ illi,quã trad. Bart. & Ias.in d. l.paterfamiliâs.non censerem incunctanter amplect

amplectendum. Sed iis libentiſsimè aſſentiremur, quæ poſtea ſubnectit, ſi ex generali interpretatione iniqui aliquid ſequeretur, minimè de ſecundo hærede iudicandum eſſe. Nam diſpoſitio pœnalis de hærede loquens, ad hæredem hæredis nõ porrigitur, vt reſpond. Alexand. Imolin conſi. cxl. in vj. volu.

Hæres omniũ defuncti rerũ poſſeſsione conueſtitur.

HAeres conſuetudine totius Galliæ generali induitur rerum omnium, quæ defuncti erant, poſſeſsione: ex quo ſumpſit originem decretum illud Mediolanenſe, de qua re tractatum celebrem edidit Do. Andr. Tiraquell. Sed interim id etiam adnotandum eſt, quod vbi illud non viget ſtatutum, tamen hæres poteſt ptopria authoritate rerum defuncti ingredi poſſeſsionem: dummodo per alium non fuerit occupata, vt ſcribit Innocent. in cap. in præſentia. de probationib. in antiq. & refert Paul. Caſtrenſ. in l. Titia. §. j. ff. de legatis ſecundo. Sanè hæres extraneus, vt puta frater, & ſi prædium fratris poſt mortem ipſius diſtraxerit, non continuò hæreditatem adiuiſſe præſumitur, vt creditoribus ære alieno fratris defuncti teneatur: niſi alia ratione hæreditatem amplexum ipſum fuiſſe probetur, vt Senatus Burdegalenſ. areſto fuiſſe iudicatum ſcim

Hæreditariæ rei venditione an cenſeatur adita hæreditas.

tum ſcimus: cui ſuffragatur, quod ſcribit Paulus Caſtrenſ. in l.ſi paterna. C.de repudia.vel abſtin.hæredi.vbi ait, ſi actus poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, non inducitur ex eo aditionis hæreditatis coniectura. Porrò quis rem alienam poteſt vendere.l.rem alienam.ff. de contrahend. emptio.Igitur ex venditione rei hæreditariæ non reſultat hæreditatis aditæ præſumptio.

Inſtitu

Institutio hæredis.

INstitutio hæredis in iis Galliæ regionibus, quæ moribus regũtur, quáſue conſuetudinarias vocant, locum non habet. Nam ſtatutis omniũ ferè earum regionum cautum eſt, ne liceat plus, quàm tertiam poſſeſsionum & prædiorum auitorum, vel ab aliis parentibus, vel agnatis, vel cognatis, ſucceſsione tranſmiſſorum, donationis titulo relinquere, vel transferre. Quin & duæ earum poſſeſsionum partes liberæ, & deducto omni legatorum, ac funeris etiam impenſæ onere remaneant hæredi ab inteſtato. Suborta eſt autem quæſtio, an ſi maritus donauerit cuipiam tertiam earum rerum partem, mulier quæ ex ſtatuto tertia poſſeſsionum mariti antiquarum, vel ſucceſſione delatarum parte debeat vtifrui, eam partem tertiam in donatariũ collatam, vſufructus titulo habere, an alteram ex reliquis duabus partibus. Itaque cùm hæc controuerſia apud ſupremam Pariſ. cur. penderet, interloquuta eſt eadem curia, vt confuſis teſtimoniis litigãtes probarent, quis antea ſtatuti huius vſus fuiſſet: & complurium calculo eſt

Institutio hæredis an locũ in Gallia habeat.

Tertia pars antiqui patrimonij an mulieri in donatione propter nuptias ſtatutariam, an donatario alteri debeat cedere?

lo est pobatum, tertiam illam partem à muliere petitam, esse accipiendam ex ea tertia parte, quæ in donatarium translata est. Atq; quandiu vsus fructus mulieris in ea durauerit, inanem apud donatarium eiusdem partis proprietatem remanere. Nihil tamen, quoniam litigantes transegerant, curia super ea re constituit. Verùm posterior sententia, vt pluribus suffragiis nixa est, ea mihi magis placet: quoniam legitima nullo grauamine etiã vsusfructus onerari potest. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. Cæterùm si quis possessiones antiquas habeat, in illarum quadam regionum, in altera autẽ possessiones à se acquisitas, an omnes istas acquisititias donare posit, dubitatum est: Nonnulli enim asserebant, donari tantùm tertiam harum acquisititiarum partem posse. Nam cum deficientibus antiquis possessionibus, eadem statuta nostratia sanciant, vt acquisititiæ pro antiquis habeantur, itémq; non extantibus acquisititiis, mobilia in earũ locum substituantur, vt tertia parte donari plus nequeat, statuta autem extra statuentiũ territorium vires non porrigant, vt not. in l. cũctos populos. C. de sum. tri. igitur ea statuta de bonis, in territorii sui finibus sitis, sunt intelligenda. Ergo nec possessiones antiquæ alibi collocatæ, extra statuentium territorium faciunt, vt tertiam vltra partem rerum

An sufficiat in quapiã regione antiquum habere patrimoniũ, vt omnes res acquisititias, in altera regione sitas, liberè possit donare.

rerum acquisititiarum, quæ intra statuentiũ territorium positæ sunt, donatio consistat. Alii autem existimant satis esse, si in vna regione quis prædia antiqua possideat, vt donationis titulo in alium transferre omnes tes suas acquisititias possit, vbicunque locorum sint constitutæ: atque hæc sententia vt crebrior, ita Senatusconsf. supremæ Paris. cur. comprobata est: vt adnot. in vlti. chart. consuetudinum Picto. regio. vbi dies confusorum testimoniorum ea de re habitorum designatur, & nomen illius secundum quem aresto est iudicatum.

Hæredis institutio an iure legati, vel fideicommissi saltẽ valeat?

Porrò hæredis institutio in his regionibus (quæ antiquis moribus reguntur) legati, seu fideicommissi vires nanciscitur: vt ad tertiam antiquarum vsque rerum partem donationis instar valeat, alias verò res omnes donatarii efficiat, prout testatur Masue. in titul. *des successions*. verùm quartã ibi relinqui partem solummodo posse tradit: sed id ex consuetudine, quæ tum forsitan in Auernia custodiebatur, accipiendum est. Si enim quod ago, vt ago, non valet, valeat, vt valere potest, vt probat text. in l. si tam angusti. ff. de seruit. Quippe si donatio eum modum statuto designatum excedat, non continuò interit, sed ad illum modum redigitur, & vsq; ad illum subsistit, vt ferè omnium regionum statutis expressim comprehenditur, atque confir

confirmat text.in l.sancimus.C.de dona.

Hæredis institutio quibus in cõtractibus nostris moribus locum habeat.

Tametsi verò institutio hæredis in testamentis locum non habeat. non tamen in matrimonii conuentionibus, & pactis improbatur: nec non in societatibus coeundis omnium bonorum, vt asserit Masue. istic, & titu. de societa. §. nam licet. Huic autem repugnat l. pactum quod dotali. C. de pact. & de colla. Sed eam legem ita accipiendã censet Masue. in illo titu. de societa. cùm nuda & simplex pactio sit. At in huiusmodi casibus, quia hæ conuentiones siue matrimonii, siue societatis contractui insunt, & adhærent, nõ nudæ sunt existimandæ: sed ab iis contractibus informatæ, in eorum naturam migrant. arg. l. si tibi rem. ff. de præscrip. verb. Si quis enim rem vendendam certo pretio dedisset, vt quo pluris vendita esset, id venditor haberet: neque mandati, neque pro socio competit, sed actio in factum. Adducit quoque Masue. l. vlti. ff. de donat. causa mortis. vbi donatio causa mortis ita facta, vt reuocari nequeat, perinde haberi debet, atque alia quæuis inter viuos donatio. Nam conuentio contra contractus substantiam adiecta, eum in alium transfundit contractum, si verborum id patiatur significatio. Verùm his refragatur l. hæreditas. C. de pact. con. Quippe hæreditas extraneis testamento datur, nõ autem ex contractu, testamenti vice: quo ca-

uetur

uetur,vt bona doti dicta post mulieris mortem ad virum pertineant. Sed secundum Masuerii sententiam à supremo Tholosano Senatu sæpius iudicatum fuisse, quod ad institutionem in matrimonii contractu appositam spectaret, retulit Stepha. Aufre. in decision. Tholos. quæstio. ccccclij. Ita tamen, vt hoc pactum fuerit iuramento roboratum, citátque Bal. id affirmare in c. moribus. si de feu. controuer. fuer. Nimirum quod pactum illud absque salutis æternæ damno custodiri posse sciat, & tamen ignoret, an votum captandæ mortis ex eo pacto inducatur, cùm id in animo paciscentis versetur. Atque hoc maximè inter nobiles & generosos viros obseruari commemorat Aufre. Quod quidẽ à suprema Parisiensi curia non raro fuisse comprobatum audiuimus. Tamen Do. And. Tiraquellus in tractatu primige. quæst. vj. à nume. 16. vsque ad finem quæstionis improbat opinionem illam Masue. atque etiam Benedicti, qui eum sequutus est in cap. Raynutius. in verbo, duas habens filias. nume. 198. Non negat autem certas res filio primogenito ex tali matrimonio nascituro posse relinqui, si pater, aut notarii pro illo stipulentur, vt not. Bartol. in l. item Pretor. ff. de suis & legit. hære. Proinde dubitari potest, an valeat hoc pactum in matrimonii contractu appositum, vt pater & mater, qui filiam dotant

An valeat pactum in matrimonij contra-

ctu adiectum vtpater alij ex filijs nequeat maiorem rerũ suarum mobilium & immobilium partẽ donare: quàm sit ab intestato obuentura ei filiæ: quam nuptui tradit.

tant quibuſdam bonis,vt nequeant alii ex liberis ſuis maiorem rerum ſuarum mobilium & immobilium à ſe acquiſitarum partem, quàm filiæ relinquere. Alioqui matrimonium gener non fuiſſet contracturus: quoniam videtur hoc pactum teſtandi facultatem quodammodo imminuere, & occaſionem detrectandi parentibus obſequii liberis præbere,cùm iam ſint partis ſibi ex facultatibus parentum obuenturæ ſecuri: quamuis filii potius ſint ad obſequia paterna prouocandi:vt probat text.in l.ſi quando. C. de inoff.teſta.Zazius tamen in l. ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo.obliga. ait,valere pactum de conſeruanda ſucceſsione: cui concinit, quod ſcribit Bald.in l.vlti. C. de pact.quod valet emancipatio contracta fiducia, id eſt, hoc pacto adiecto:vt nihilominus ſuccedat filio pater emancipato,vt in ſti.de legi.agna. ſuc.§.vlt.Magis tamen eſt,vt pater filiæ ratã omnium mobilium & immobilium acquiſititiorum donet,ídque adiiciat, vt ſi contingat patrem alii ex filiis maiorem partem donare: vult eam filiæ communem effici: atq; hoc omnium filiorum nomine pater filiæ futuróque genero repromittat, & mobilia atque immobilia ſua acquiſititia in eam rem ex nunc, prout ex tunc cõſtituat poſsidere filiæ nomine.

Inſin

Insinuatio donationis.

INsinuatio donationis licet fieri posſit intra xxx. annos, si tempus non fuerit præfinitum: vt probat tex. in l. licet. C. de iure deliber. & in l. cùm notiſsimi. §. sed cùm illud. C. de præſcr. xxx. vel xl. ann. si tamen ea donatio fuerit impugnata, quòd momenti sit nullius, ob prætermiſſam ipsius insinuationem, non amplius poterit insinuari, vt efficax reddatur. Ita respond. Angel. sub dubitatione tamen in conſi. clxxix. citátque tex. in authen. vt frat. fil. §. ij. & Alexand. in additio. ad Bartol. in l. Modestinus. C. de donatio. & in consil. ccxxiiij. libr. vj. & Hypol. Marsil. singulari. cccclxxxix. Sed & hanc opinionem videtur adiuuare l. mancipiorum. ff. de optio. lega. cum iis quæ scribit Decius consil. clx. Contrà verò eam sententiam tradit reprobari ab Anton. Cana. in tractatu de insinua. col. iij. in iij. quæst. Ego quidẽ cum sedulò reuoluerim Alexand. in addi. ad Bar. in dicta l. Modestinus. text. in dicta authent. vt frat. fil. §. ij. nullum tamen eorum locorũ ad priorem sententiam tutandam valere arbitror. Proinde contrariam opinionẽ potius sequerer: vt scilicet quãuis aduersus donationem obiectũ sit, eam insinuationis defectu esse irritam, posse tamen illam defendi, propter adhibitã postea insinuationem:

Insinuatio donationis ad quod vsque tẽporis fieri posſit.

ſi tempora largiantur, id eſt, ſi nondum exa-
ctum ſit tempus, intra quod inſinuatio ex ſta
tuto eſt facienda, vt probat. ex his quæ ſcri-
buntur in l. ſi accuſaturus. ff. ad legem Iul. de
adul. & in l. bonorum. ff. rem ratam habe. vbi
ſi actus intra cōſtitutum tempus fieri poſsit
ratihabitio poſsit intra id tēporis expediri.
Atq; ſecundũ hanc opinionẽ à iudice peri-
to pronunciatũ fuiſſe ſcio, & ſolũ expenſas
in donationẽ ob inſinuationis defectum im-
pugnandũ factas adiudicauiſſe. Nec verò of
ficere crediderim donationis viribus: quòd
eam cuius interſit, is nixus fuerit oppugna-
re, niſi ſuper ea impugnatione ſequuta ſit
pro impugnante ſententia, à qua non fuerit
appellatum: quoniam tum in rem ea iudica-
tam tranſiuerit. Et quamuis Speculat. titul.
de formis dona. cauſa mor. & inter virum &
vxorem. numero, 4. in tertia parte operis,
& Oldr. conſil. ccliij. aſſerunt præſente do-
natario & donante fieri donationis inſinua-
tionem oportere, tamen Alexand. Imol. in
conſil. ccc. in ij volu. reſpondit, ſatis eſſe,
donationem inſinuari per donatarium, vel
donantem: adducítque Bald. in l. in hac. C.
de donatio. & inſuper text. in l. cùm
multæ. & in auth. eo decurſum.
C. de dona. ante nup. Quæ
poſterior ſanè opinio
vſu recepta eſt.

Iuriſ

Iurisiurandi effectus.

IVrisiurandi effectus multi iure tũ pontificio, tum ciuili sunt traditi. Nam primum, si minor rem immobilem sine iudicis decreto & curatore alienauerit, iurauerítque se vẽditionem obseruaturum, adhibitis & tactis sacrosanctis Euangeliis, non potest aduersus eam venditionem restitui, vt probat tex. in authentic. sacramenta puberum. C. si adner. vẽd. Deinde si quis sub vsuris mutuũ acceperit, vsuráśque soluere iurauerit: tenetur propter iurisiurãdi obseruationẽ vsuras soluere: sed poterit repetere, vt not. in c. debitores. de iureiur. in antiq. Quod quidem locum habet, vbi non solùm tectæ sunt vsuræ, veluti cùm debitor totam pecuniam sortis nomine se iurauerit in contractu accepisse, quamuis re vera portionem quandam non acceperit: sed vt in locum vsurarum ea cederet, se recepisse confessus sit: sed etiam vbi expresśim in contractu cõscriptum est, eam pecuniam pro vsuris promissam fuisse, vt tradit Abb. & Felin. in dicto c. Quin iusiurandum ad ea de quibus non est actum, nec cogitatum, dispositionem super qua id interpositum est, producit: vt probat text. in cap. ex rescripto. de iureiuran. Nam mulier ibi pro Abbate intercesserat, iurauerátque se contractum impleturam: nec ibi enunciatur, eam

Iurisiurandi aliquot effectus iure scripto proditi: qui moribus nostris sunt abrogati.

beneficii Velleia. Senatuscons. fuisse admo-
nitam: tamen cogitur contractui stare. atque
eum text. ita expendit Lud. Roma. in l. scien
dum. ff. de verbor. oblig. nec alium quenquã
iuris totius textum magis vrgere in eam sen
tentiam putat: prout refert & sequitur Feli.
in dicto c. ex rescripto. Non enim præsu-
mitur quis id nõ cogitare, nec omnem eius
rei causam, omnésue appendices; quando su
per ea iusiurandum exhibet. Sed & cõplures
existunt alii iusiurandi effectus: quos qui-
dam in iustũ volumen congesserunt. At mo-
ribus nostris ii omnes iurisiurandi effectus
abrogati sunt: quia cùm principalis contra-
ctus lege improbatus est, & omnia, quę ex eo
sequuntur, sunt irrita. l. non dubium. C. de le
gib. Nec referre existimandum est, an con-
tractus legi ciuili aduersetur, an naturali: quo
niam lex ciuilis perinde ac naturalis obli-
gat, etiam quantum ad poli forum: id est, ad
æternam animi salutem pertinet. Quod mul-
tis rationibus confirmat Panor. in c. cano-
num. de constit. in antiq. Itaque sicut inter-
pretes nostri admiserunt, vt iusiurãdum ad-
uersus legem naturalẽ præstitum non astrin
geret: sicut no. in c. non est obligatorium. de
regul. iur. lib. vj. & in c. si verò. de iureiurã.
in antiq. cur non etiam autumauerunt idem
esse seruandum, vbi iusiurandum legi ciuili
aduersetur? Et quamuis non ignorem plu-
res mult

Lex ciuilis ut n̄alis ead modo obligat et iure poli.

res multis rationibus contra hæc institisse, & discrimina multa inter vtramque legem, naturalem nimirum,& ciuilem adduxisse, & in his Bartol.in l.si pro eo.ff.de fideiussori. Feli.& alios in cap. si verò. de iureiurand.& in sexcentis aliis locis:tamen ab hac sententia nunquam authoritatis eorum præiudicio potui deduci: vt semper fuerim arbitratus æquam vtriusque legis obligationem esse oportere:quòd ad id spectat, præsertim quia iurisiurandi religio non debet patrocinari fraudi,vel dolo aduersus proximum comparando, & tutando. Porrò in his omnibus iusiurandum ad alium finem non adhibetur, nisi vt proximus dolum passus, ob damnum non posit propter iusiurandum queri. Itaque inde maximè oritur iniuria, vnde ius æquum bonúmque oportuit proficisci.

Iusiurandum.

IVsiurandum quãuis ex vi semiplenæ probationis debeat ei deferri, à quo probatio illa stat. l.admonendi.ff.de iureiurã. à nonnullis tamen supremæ Parisiensis curiæ causidicis responsum est,id apud nos nunc minimè obseruari:quoniam ad periuria sint homines hodie plus æquo propensiores, vt de re leuissima eo scelere plerunque se obstringant. Sed illud quando multam iuris scripti

Iusiurandum an vi semiplenæ probationis moribus nostris deferatur.

inueheret antiquationem, facilè non admitterem. Tum diui Pauli authoritatē apud nos sacrosanctam eleuat. Nam in epistola ad Hebræ. c. vj. ait, Homines quidem per eum qui maior sit, iurāt: atque iisdem omnis controuersiæ finis ad confirmationem est iusiurandum. Tamen Do. Rebuff. in priore tomo cō menta. in constitu. regias in proœ. gloss. v. id inter axiomata iuris scripti nostris moribus abrogata cōmemorat. Quomodo autem hæc iurisiurandi delatio moribus nostris fieri cō sueuerit, latè institut. nostrarum forens. lib. j. traditum est. Planè si hoc iusiurandum fuerit defuncto à iudice delatum, nō potest hæres eius id suscipere, vel prestare. Alia quippe est defuncti, alia autem hæredis religio, vel conscientia. gloss. vlti. in l. penulti. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exi. & not. in addit. ad Bartol. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. iij. Aliter atque si statuto cautum sit, damnum passi standum iuriiurando. Nam tum hæres poterit iusiurandū subire, vt traditur in iis additionibus.

Heres an iurare cogatur uice defuncti:

Verùm nullam video discriminis rationem, ob quam in specie huius statuti hæres magis possit defungi iureiurando super damno, quod defunctus passus sit, quàm in alia specie: licet Ludo. Roman. consil. ccxc. hac vtatur distinctione, an à lege deferatur iusiurandum, an ab homine. Sed si ab homine, nequaq

De iureiurando Heredis

nequaquam. Cùm autem statutum vim legis habeat, igitur à statuto, sicut à lege delatum, ab hærede impleri potest. quod latiùs tractat Iaſ. in l. si quando. C. vnde vi. & in l. vlti. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exi. Quod tamen ibidem restringit, vt habeat locum in hærede, qui potest facti veritatem nouisse. Sed & iusiurandum, quod in supplementũ probationis defertur, ad hæredẽ non transgreditur, vt tradit Bald. in l. in bonæ fidei. in iij. col. C. de iureiurand. & probat text. in l. generaliter. C. de iureiurand. At sanè id est accipiendum, vbi hæres facti non nouit veritatem, vt tradit Bald. in §. j. si de inuestitu. inter domi. & vaſal. lis oria. Porrò cùm hæres de facto defuncti sacrosanctè deierat, sufficit, vt ita se credere iuret: vt scribit Bald. c. j. in not. feudor. Tertius autem potest cogi, vt quid credat, iuret: in his quæ ad ipsius artem pertinet. l. iij. §. quacunq;. ff. de vent. inspic. Sed præterquam in iis quæ ad artem spectant, tertius si iuret, modò id tanquam testis non faciat, non potest litigantibus vel prodesse, vel obesse: etiam quantum ad semiplenam probationem, vt probat textus in l. Seia mancipia. ff. ad Veleia. quem ad hoc citat Paulus Castr. in l. j. §. si abſens. ff. si ex noxali causa agatur.

Hæres iusiurandum defuncto delatũ an posſit subire?

Tertij iusiurãdum quando inter alios posſit obesse.

et terþ.

Instrumentum.

Instrumentũ autenticũ non semper fiduciariam præbet possessionem.

INstrumentum licet id momenti habeat, vt ipsius vi fiduciaria possessio (quam recredentiam dicimus) debeat adiudicari: ita quidem, vt antea id permittatur aduersario refellere, tamen si is aduersus quem profertur instrumentum, asseueret eum qui illo instrumento rem quampiam donauit, vel aliter transtulit, fuisse cùm id gereret, mentis impotẽ, sustinetur fiduciariæ possessionis tantisper adiudicatio, dum aduersarius dementiam docuerit. Nam in dispositione legis quantumcunque generali intelligitur inesse disponentis habilitas: vt nisi idoneus & habilis ad disponendum fuerit, dispositio non consistat: vt tradit Barto. in l. habeat. C. de sacrosanc. eccle. quamuis alioqui, si quidquam contra instrumentum obiiciatur, vel falsi accusetur: interim debitum instrumento comprehensum præstita cautione eius reddendi (si ita suprema litis definitione statuatur) debeat exolui, vt trad. in l. satis apertè. C. de fals. & in c. suscitata. de in inte. rest. in antiq. Quod & nos in nostrarum institut. forens. lib. j. attigimus copiosius.

Ignorare.

Ignorare qualitatem secum

IGnorare quis, eius cum quo contrahit, qualitatem non præsumitur, nec debet. l.

qui cum

qui cum alio.ff.de regu.iur. Tamen quamuis quis prohibeatur militi locare, & ignorans quasi pagano locauerit, exigere mercedem nihilominus potest: non enim contemnit disciplinam, qui militem ignorauit. l. si ignorans. ff. locat. Tum æquius est ei, qui supinè conditionem eius cum quo contraxit, non inuestigauit, dari actionem, quàm vt alter, qui acrius doli suspitione vrgetur, ex aliena iactura locupletetur. Deinde iuris ignorantia: cùm de damno fugiendo certatur, non obest. l. error. ff. de iur. & fact. igno.

contrahentis an quis possit.

Interdictus bonis.

INterdictus bonis à iudice nõ potest alienare. l. Iulianus. ff. de cur. furio. Quin alienatio lite super interdictione pendente facta, nullius est roboris. l. chirographis. §. j. ff. de administrat. tutor. quia res immobiles eius, qui postulatur interdici, efficiuntur litigiosæ. l. vlti. C. de litigi. Id autem est intelligendum, si posteà in principis litis definitione vincatur, interdictione pulsatus. Et quamuis impedimentum superueniens ex iudicis sententia non retrotrahatur, nec operetur ex tunc, sed ex nunc vt trad. in l. furti. ff. de his qui not. infam. & Bartol. in l. j. ff de regul. Cato. Id tamen indubiè locum non obtinet: vbi duplex est impedimentũ, nẽpe

Alienatio lite pendẽte super interdictione bonorũ facta an valeat?

Duplex alie-

nationis impedimētum vbi existat.

minoris ætatis, & prodigalitatis: vel si emptor, aliúsue qui acquirit, vel contrahit in manifestè prodigalitatis vsum contraxisset: vel cum eo à quo sciret ex continenti pecuniã prodigendam, sententiã interdictionis retro vires porriget, vt alienatio lite pendente facta infirmetur, vt nota. in l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro empto.

Quando vnicum alienationis impedimētum.

SED & si vnicum subsit impedimentũ, vt puta litis super interdictione pendentis: satis est ad reuocandam lite ea pendente factam alienationē, vt probat. ex his quæ trad. in c. j. vt lite pendente. & per gloss. & Bart. in l. chirographis. §. j. suprà cita. vbi gesta pẽdente appellatione irrita fiunt, si facta fuerint per appellantem, & postea ipse succumbat, vel contra eum per eius aduersarium, vel iudicem, si sententia à qua fuit appellatũ, infirmetur. Idem quoque Bart. ibidem asserit in alienatione lite pendente facta. Cui adstipulatur Paul. Castren. in dicta l. furti. §. j. vbi ait, Quod qui à supplicii capitalis condemnato emit, incautè emit: quoniam si sententia confirmetur, reuocatur alienatio.

Quando sententia in præiudicium tertij retrotrahatur.

Quod autem scribitur per Barto. & Paulum Castr. in dicta l. furti. §. j. sententiam in præiudicium tertii non retrotrahi, si confirmetur, id existimarem intelligendum: vbi gestum post sententiam ex necessitate actum fuit

fuit, vt in exemplo, quod ibidem affert Bar. nempe in testimonio quod supplicii capitalis condemnatus pendente appellatione tulit. Illud enim testimonium propterea quòd ex necessitate latũ est, non infirmatur, quãuis sententia confirmetur. Alioqui, si actus esset voluntarius, opinarer eum infirmari, & reuocari: si sententia confirmetur. Quapropter cùm quidẽ super interdictione bonorum in ius vocatus fuisset: quòd prodigus manifestus diceretur: atque tergiuersandi causa forũ declinasset, declinatoria præscriptione submotus appellauit, iudex sublata appellatione prolusorio iudicio (quod prouisionale vocamus) eum summatim bonis interdixit, à quo prouocauit. suprema curia quicquid ab inferiori iudice gestum erat, fecit irritum, litigantésque ad alium iudicem remisit. Litis autem eius persequutio intermissa est. Postea verò principis rescripto suscitata fuit. Porrò ea pendente reus quædam latifundia optima distraxit certo vili vtique pretio: cuius numeratam fuisse partẽ, in alterius autem partis solutionem datum fuisse argentum infectũ venditionis instrumento adscriptum est. Eodẽ quoque die, & coram iisdem notariis reus ab ipso emptore emit domum in suburbiis Parisiorum sitam. Consanguinei autem & hæredes ipsius rei post mortem eius rescriptũ à principe impetrant

Capitali supplicio dannatus pendente appellatione an posit vendere.

Insignis aresti thema.

petrant: quo huiusmodi latifundiorum venditio rescindatur, aut nulla pronuncietur, propterea quòd post eam venditionem sequuta fuerat aduersus reum interdictionis sententia, quam ex appellatione ipsius rei curia summa Paris. comprobauerat: emptoris verò hæredes postulant, vt interim pendente huiusce rescripti cognitione contractus venditionis impleatur cautione restituendi præstita: quòd eadem suprema curia statuit. Verùm eadẽ curia cùm rursus in primaria classe eadem controuersia fuisset disceptata in cuiusdã appellationis, quam interdicti hæredes à cautionis illius receptione interposuerant, lite inter easdem personas agitata, curia illa decreuit: vt venditoris ipsiúsque interdicti hæredes fiduciaria rerũ alienatarum possessione vterentur, quoad aliter statueretur, litigantésque super principali huiusce rescripti discussione ad aliũ iudicem ablegauit: neque venditoris hæredes onere vllo satisdationis prægrauauit.

Interdictus bonis apud vnũ tribunal.

INterdictus porrò bonis apud quoddam tribunal, si interdictio ritè promulgata sit, & præconis voce nundinarum die & loco inclamata, non potest bona sua alibi sita alienare. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & releg. & ita respondit Alex. Imol. in consil. lxix. in tertio volumi. Interdictionis ve

nis verò sententia lata in prodigum absentē & ignorantem eum ligat: vt tradit Feli. in c. cæterum. nume. 24. de rescript. Sed id intelligendum, modò legitimo edictorum numero in ius vocatus fuerit contumax.

INterdictio bonorum ex negligentia primato fieri non potest, vt probat text. in l. etiam. §. j. ff. solu. matr. Secus autem regibus & principibus, vt not. in c. grandi. de supplē. negli. prȩla. & Ioan. Fab. in §. furiosi. instit. de cura. furio.

Interdictio quibus ex negligētia fieri possit.

Iudex.

IVdex nō potest dirimere, an sua sit iurisdictio, si inter se & alium hac de re agitur, vt tradit Paul. Castr. in l. ij. ff. de in ius vocā. Id tamen apud nos desitum est. Nam iudex qui prior occupauit litis cognitionem, statuit, competens sit, nécne: præterquā si duo patroni seu rei feudariæ domini sint: qui ab vno, eodémque superiore feudario domino possident: & coram iudice iurisdictionis ad vnum pertinentis cœptū sit iudicium: alter autem putans sua de re agi, à iudice communis patroni superioris edictum obtinet, quo iubet diem litigantibus coram se dici, vt litis apud inferiorem pendētis cognitionem ad se aduocari videant. Verùm cùm non conueniunt ambo litigantes apud eundem iudicem,

Iudex an possit cognoscere suáne sit iurisdictio nécne.

Quādo aduocetur lis ab inferiore ad superiorem iudicem.

cem, ſed diuerſos iudices ſortiuntur, non caret dubitatione: vter debeat ea de re cognoſcere. Et tum magis cenſerem: vt qui ſua intereſſe hanc exiſtimaret controuerſiam, coram eo apud quem inſtituta eſt actio, iudicio adſit, & cauſæ merita depromat, vel expectet ſententiam ab eo ferri iudice, à qua prouocet: vt pote, quia eius interſit, ſecundum l. à ſententia. ff. de appellationib. Quamobrem ita occurret, ne apud inferiorem illum iudicem cauſa ſua aliquid detrimenti capiat.

Impenſæ in ſtudium.

Impenſæ factæ in ſtudiũ per vnum ex fratribus indiuiſam hæreditatem poſſidentibus, an in ipſius fratris portionẽ imputentur.

IMpenſæ factæ in ſtudiũ per vnum ex fratribus indiuiſam hæreditatem poſsidentibus, in diuiſione hæreditatis ei moribus noſtris, ſeu conſuetudine vetuſta non imputantur in ipſius fratris portionem. Secus autem iure communi, vt tradit Ioan. Fab. in §. item ſi inter. inſtitu. de obliga. ex quaſi contract. Ambigerem hercle, an hodie id apud nos obſeruaretur: cùm mores ſeu conſuetudines regionum Galliæ, quæ moribus reguntur, ſint ſcripto redactæ ex principis conſtitutione: & vetitum ſit alias citare conſuetudines, quàm quæ ſingularum regionum propriis voluminibus ſunt perſcriptæ. Id verò quantum ego meminerim, non eſt alicuius noſtratis ciuitatis moribus conſtitutum. Sed

hoc

hoc iure cõmuni defendi poſſet, ex eo quod trad. Io. Fab. in l. vlt. C. de do. promiſ. Si frater (inquit) de bonis communibus ſciente, & non cõtradicente fratre filiam ſuam dotet, videtur donaſſe: argu. l. ſi ſeruus. ff. de dona. inter virum & vxo. Si enim ex tribus fratribus vnus vxorem haberet, & rem communẽ vxori donaſſet ex tertia parte res vxoris nõ facta eſt ex duabus partibus reliquis: ſi id ſciſſent fratres, aut poſtea quàm donata eſſet, ratum habuiſſent, nihil debet mulier reddere. At quæ pater pro filio ſtudiorum cauſa expendit in rationem portionis eius non imputantur, l. quæ pater. ff famil. erciſcund. Et quamuis interpretes iuris ciuilis plurimũ ſint varii in hac quæſtione, an libri quos pater emit pro filio, ſint cõferẽdi. Alii enim aliter diſtingunt, Ego tamen omiſsis diſtinctionum ambagibus cenſeo libros minimè cõferendos. Nam cùm diſertè d. l. quæ pater. dicat, quòd quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregrè agenti ſubminiſtrauit, non imputantur in portionem ad filium pertinentem: nec lex diſtinguat, vtrum in emptionem librorum, an in alimentorum, & perinde libri ſunt literarum ſtudioſis neceſſarii, ac victus ipſe: conſequitur ergo ſumptũ in librorum emptionem factum, nullatenus conferri oportere: quamuis contrà ſentiant Barto. in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bono. &

no.& Bald.in l.j.ff.solu.matrimo. & Paulus Castren.in l.si donatione.C.de colla.

Impedimentum.

Impedimentũ magistratus an pariat exceptionem.

IMpedimentum magistratus facto contingens reo exceptionem parit: aliter atque si facto priuatæ personæ accidat. Nam si magistratus vocatum in ius retinuerit, ne ad iudicium veniret, ei prodest exceptio: nisi hoc affectauerit. Cæterarũ verò qui retinuerint, factum non ei conducit: sed actio aduersus eos datur in id, quod eius interest. l.ij.§.vlt. ff.si quis cautio. Proinde si magistratus interdixerit debitori, ne debitũ creditori soluat: non potest creditor vi instrumenti super debito confecti curare pignora debitoris capienda: nisi interdictio priùs à magistratu remissa sit. l.vlti.ff.de lege commisso. Nam si nomine fisci empto fundi lege commissoria venditi testato cõuentus ne solueret, distulit soluere vltra tempus constitutũ: in legem venditionis propterea non commisit. Atque in hanc sententiam eam l.citat Guid.Pap.in decisio.Delph.quæstio.cccxl. de qua re latiùs disseruimus lib. instit. forensium primo. vbi de nomine in iudicati causam capiendo, tractauimus.

Legitim

Legitimatio.

LEgitimatio, quæ à principe noſtro fit, hãc clauſulam ſolet complecti, vt ſic legitimatus ad ſucceſsionem parentum & conſanguineorum ſuorum, & aliorum quorũlibet ex teſtamento, & ab inteſtato admitti poſsit, dũmodo de eorum voluntate proceſſerit, ac niſi alteri ius fuerit quæſitum. Proinde agnati & cognati debent huic legitimationi conſentire: alioqui nõ fieret illis ex ea vllum præiudicium: præſertim cùm omnium noſtratium ſtatuta regionum pro ſuis, cognatos & agnatos habeant, adeò, vt ſicut ſuis, ita agnatis & cognatis legitimam ſeruari ea velint ſtatuta, neque eam donatione minui permittant. Itaque quemadmodum filiis naturalibus & legitimis extantibus abſque eorum conſenſu non poſſunt effici legitimi, vt tradit Bald. in authent. præterea. C. de natu. liber. ſic agnatis & cognatis refragantibus, imò etiam ſi ipſi expreſsim non aſſentiantur, non extendit legitimatio vires ad eorum ſucceſsionẽ eo modo legitimatis deferendam. Cui accedit tex. in l. ij. penul. & vlt. ff. de nata. reſtit.

Legitimatio, quas clauſulas ſolet continere.

Agnati & cognati an debeant legitimationi conſentire.

Nam cùm patrono legitima in bonis liberti, qui liberis careat, debeatur, & si restituatur natalibus, tamen vt patronus eius legitimæ iacturam faciat, non potest non adhibito patroni cõsensu libertus natalibus restitui. Ea est asseueratio Bart. Chassa. in commentar. consuetud. Burgund. titul. *des successions des bastars*. §. v. in consil. nu. xxv. Præterea hæc verba, dum modo, conditionem inducunt: vt probat text. in c. vlti. de translat. episcop. & in cap. ex tenore. de author. & vsu pallii. Quare non obseruata hac conditione, legitimatio non potest agnatis & cognatis obesse. His assentitur Alexã. Imol. consil. cxciij. in ij. volu. Videtur tamen Boer. in decision. supremæ curiæ Burdeg. quæstio. cxxij. asserere patrem posse absque ab intestato venientium consensu, iisque non citatis pro filio legitimationis rescriptum à principe impetratum, curare à iudice approbandũ: quod quidem acciperem, quatenus ad patris successionem pertinet, non autem ad agnatorũ hæreditatem sic legitimato transmittendã: quoniam agnatorum suffragio & voluntate non adhibita, id fieri non potest. Idem quoque à suprema Paris. curia iudicatum fuit, quod ad patris successionem attinet: vt filia naturalis rescripto principis à patre impetrato legitima facta, etiam absque legitimæ & naturalis alterius filiæ consensu, posit part

An pater possit legitimationis rescriptum à Principe collatum, non vocatis agnatis & cognatis iudicialiter approbandum curare.

partem virilem obtinere in iis, de quibus pater liberè poteſt ſtatuere: veluti de rebus acquiſititiis, vt teſtatur Pet Rat in commenta. conſuetud. Picto. titu. *des baſtars*. §. j. in glo. j. Verùm hunc ea legitimatio conſequetur effectum: vt Princeps ad quem illegitimorũ bona ab inteſtato morientium pertinent, ab his ſit excluſus: vt aſſerit Chaſſa. in eodem §. v. verſicu. in aliis verò. Atque id tamen dubitanter enunciat in §. iij. in fine. in eodem titul. Sed quod iſtic affirmat, vſus apud nos obtinuit.

Legitimatio Principis eum à legitimati fortunis, boniſque excludit.

Legitimatus.

LEgitimatus autem moribus noſtris res clientelarias, ſeu feudarias ſucceſsione poteſt capere: quoniã iiſdem moribus feuda inſtar patrimoniorum ſunt redacta: vt tradit Alberic. in l. vlti. col. v. C. de iuriſdict. omn. iudic. Guid. pap. quæſt. lix. in deciſio. Grat. & Boer. in deciſio. curię ſupremæ Burdegal. quæſtio. cxxiij.

Legitimatus res feudarias poteſt poſſidere.

Locatio.

LOcationi per authorem factæ non tenetur ſtare emptor: niſi ius in re habuerit conductor, vt pote quia ſpeciali hypothecæ ſuppoſita fuerit res locata ad implendam locationis legem, nec ſanè ſufficeret generalis

Locationi authoris an ſucceſſor ſtare teneatur?

bonorum hypotheca; quæ in contractuum instrumentis ferè solet adiici. Nam vetus acrísq; doctorum nostrorum ea de re contentio ita pacata est plerisque supremę Parisiens. cur. placitis: quorum duntaxat vnum commemorandum duxi. Cùm enim quis villam locauisset in annos certos pecunia sibi complurium annorum mercedis nomine repræsentata inter locationem ineundam, generalitérque ad obseruandam locationis fidem bona omnia obligasset, idem ipse cõtemerata fide villam locatam alteri vendidit, nulla locationis facta mentione: emptor verò conductorem interpellat, vt ipsum liberè vti, fruíque villa empta sinat: & quia renuit, aduersus conductorem retinendæ interdicto possessionis experitur. Reus autẽ se nec possessionis, nec dominii ius in illa villa obtendere causatur, sed solam illius cõductionis causam, atque ex eo iure villam tenere, nec citra iniuriã de ea exturbari posse contendit, propter generalem bonorum hypothecam pro implenda locatione interpositam: iudex rem intimo consilio agitandam censet. Itaque prolato vtrinque causæ instrumento secundum reum iudicat: à quo prouocat actor & supremo curiæ iudicio à reo tandem victoriam eripit. Illa autem, quæ pro generali bonorum hypotheca stat sententia, fulcitur authoritate Bartol. & Io n. Fab. in

Hypotheca speciali rei cõductæ opus esse vt successor singularis stare cogatur locationi.

Fab. in l. emptorem. C. de loca. & Paul. Caſt. in l. vlti. C. de rebus alien. non alienand. vbi tradit pactum de non alienando ſub generali bonorum hypotheca, dominii translationem impedire, & præterea aliorum, qui idem aſſerunt in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obligatio. & in l. filiusfa. §. diui. ff. de legat. j. Poſterior verò & potior opinio nititur l. ſi creditor. §. vlti. ff. de diſtract. pigno. Si enim conuenerit, vt debitori non liceat hypothecam vendere, iſque diſtraxerit, nulla venditio eſt, vt pactioni ſtetur. Deinde ſuffragatur l. j. C. de neceſſa. hæredib. inſtit. Nam ſeruus generaliter obligatus nõ prohibetur manumitti, vel hæres inſtitui, Secus autem, ſi ſpeciali hypothecę ſit ſubditus. Inſuper non caret hæc opinio applauſu Iaſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ſuprà cita. qui multa in vtramq; adducit ſententiam. Porrò ſi quis villam locauerit, deinde locator arbores quaſdã, quæ ad illam villam pertineant, vendat, excepto quidem ſolo: emptor ille locationi ſtare tenetur, nec poteſt ante locationem finitã arbores illas excidere: quoniam plenum in proprietate ius non habet. Ita reſpondit Alexand. Imol. conſil. cxviij.

Locatio pretio in regione

LOcatio ſi nihil de pretio actũ ſit, eo pretio cenſetur eſſe facta, quo ferè ea res lo-

consueto facta censetur.

cari cõsueuit pro regionis more. Non enim æquum esset, vt quis fructus rei perciperet alienæ, & mercedem non dependeret: vt notat Paul. Castr. in l. emptorem. §. qui autem. ff. de act. empti. Idque ex eo tex. in fine colligit: & affert gloss. in l. domini prædiorum. C. de agricol. & censit. Cui concinit text. in l. circa. C. de loca. & in l. semper in stipulati. ff. de regulis iuris.

Licitator.

Nouissimus licitator an si vtifrui prohibeatur, possit à publicè possidẽtibus addictionis sumptum à se solutum repetere.

Licitator nouissimus, si hac lege à publicè possidentibus (quos commissarios vocant) prædiorum fructus cõduxit, vt illi nullo euictionis periculo teneantur, atque confestim post addictionẽ seu adiudicationem licitator eis pecuniam, qua sumptus illius auctionis causa ab illis facti taxabuntur, numerare cogatur. postea verò iste licitator ab alio vti & frui prædiis conductis prohibeatur: sententiis non mediocrium causidicorum est variatum, an hic licitator eam sumptuum pecuniam publicè possidentibus solutam possit repetere condictione indebiti, vel sine causa. Alii quidem posse aiebant. Cùm enim conductor vti frui ab alio prohibetur, etiam absque locatoris culpa, fit tamẽ ei mercedis remissio. l. si fundus. & l. si quis domũ. ff. loca. Tum autem & si emptor hoc

pacto

pacto,vt euictioni non sit astrictus, rem distraxerit,euicta tamen re pretium compellitur restituere.l.emptorem.§.vlt.ff. de actio. emp.vt & nos suprà latius exposuimus. Alii verò negabant vllam repetendæ huius pecuniæ facultatem concedi: accersebántq; pro se diuersam esse inter emptorem & istos rationem. Emptio enim spontanea est, hi autē necessitate officii cogente fecerunt. Proinde ipsis fraudi suum munus esse non debet. l.aduersus.§.vlti.ff.de inoffic.testa. Deinde cùm par vtriusque est conditio, possessori magis fauetur,vulgata iuris regula: Cùm par delictum. Denique id vehementer vrget l. repetitio.ff.de condict.indebi. Repetitio siquidē nulla est ab eo, qui suū recepit:tametsi ab alio, quàm à vero debitore solutum est. At hic nouissimus licitator tum cùm soluit, verus debitor fuit. Ergo, si contigit eum postea prohiberi, ne fructus colligeret,non potest quod legitimè ab initio factum fuit, eo euentu retractari: præsertim quia se legi huic licitator vltro obligasset,vt præsenti pecunia eos sumptus dissolueret, euictionísq; onere aduersarios liberasset. Atque hæc sententia mihi potior semper visa est.

Laudimia.

Laudimia an debeantur ex

LAudimia,id est ea pecuniæ quātitas,quæ penditur patrono in cuius clientela prædium

venditione sub constituti possessorij lege facta, absque traditione vera.

dium venditum situm est, totiens quotiens vẽditur, ea enim est alicubi sexta pretii pars, alicubi duodecima. Secundum autẽ ius scriptum pretii quinquagesima, aut iure prælationis vti potest patronus, id est, eodem pretio sumptúque venditionis gratia facto reddito venditum fundum redimere, prout no. in l. vlti. C. de iure emphit. Hæc inquam laudimia non deberi ex contractu venditionis, vbi simplicis constituti clausula solum apposita est: id est, venditor se emptoris nomine iam ex venditionis tempore rem venditam constituit posside re, nisi realis traditio interuenerit, plerique affrmant. In quibus sunt Ioan. Fab. in §. j. institu. de empt. & vend. & Guid. Pap. in decisio. Gratia. quæstio. cj. vbi & in curia Delphi. seruari & iuri communi consentaneum trad. proterea quòd hæc laudimia ob laborem, quem dominus in inuestiendo nouo emphiteuta suscipit: citàtque l. vlti. suprà allegatam. Verùm Do. And. Tiraquell. in tractatu huiusmodi constituti in xxvij. limitatione posteaquam supradicta cõmemorauit, subiungit se scire hac in nostra Gallia contrarium obseruari. Nempe vt cõfestim atque contractus venditionis initus est, etiam sine constituto vel precario, sit ius laudimiorum domino quæsitum.

Monac

Monachus professus.

MOnasticam religionem professi à successione excluduntur, atque succedendi iure: eorúmq; bona iis deferuntur, qui ab intestato aliâs ipsis essent sucessuri, vt totius ferè Galliæ moribus introductum est, & testatur Masuer. titu. de successionibus. versi. item per consuetu. & Chassa. in commen. consuetud. Burgund. titu. *des success.* §. xiiij. Nec verò summus põtifex his moribus diplomate suo quãuis amplissimo derogare potest, seu dispensare: cũ super rebus prophanis & laicis in Galliæ nostratis ditione nullam sibi vendicet potestatem. vt probatur ex nota. in c. per venerabilem. qui fil. sunt legit. in antiq. Sicut Masue. & Chassa. istic etiam meminerunt. Id autem aduersatur text. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. ecclesi. Verùm libertati ecclesiasticæ (vt & Chassa. ibi refert) nihil detrahitur: quoniam ab ecclesia quicquam non aufertur, sed prohibetur solũmodo acquiri. Hos ita mores tuetur Barto. in consi. xxxv. incip. Quędam cola Pauli. Quin & si pontificiam, episcopalémque dignitatem sit adeptus mo- nachus

Monachus religionem professus iuris succedendi incapax est, eiusque monasterium.

Summus pontifex aduersus hanc consuetudinem derogare, seu dispensare nõ potest.

Pontificalis dignitas mo-

nachum ad succedendum habilem non reddit.

nachus: hoc tamen iure censetur, veluti in prædictis locis illi affirmant. Professus autem quis institutum monasticum intelligitur, si disertè & coram Abbate, alióue mandatam eius vicem gerente id effecerit, vel monastica indumenta religionem professis conuenientia triduum gestauerit intra monasterii septa, vt no. in c. constitutionem. de regul. in vj. & per Ioan. Fab. in authentic. ingressi. suprà alleg. At qui diui Ioannis Hierosolimytani instituto se adixerunt, succedunt quidem parentibus agnatis & cognatis: sed ita, vt quod ipsis obtigit, id velut vsufructuarii possideant, eorúmque morte id ad agnatos & cognatos ipsorum transmittatur, vt sæpe à suprema Paris. cur. iudicatum, constitutúmque est. Preterea virgines & mulieres, quæ eam religioné sunt ingressæ, quã tertium diui Francisci ordinem vocãt, neq; à coniugio, neque ab hæreditatibus arcẽtur, vel remouentur: sed vtriusque iuris participes eas esse censuit etiam supremus ille Senatus, & probat gloss. in c. cùm ex eo. de senten. excommu. in clement. & in clemen. j. de relig. domi. Feder. Senens. consi. cxlv. & Ludo. Roma. consi. ccclxviij.

Militãtes religiosi D. Ioannis Hierosolymitani an ad succedẽdũ idonei.

Quid de mulieribus tertiũ diui Francisci ordinẽ ingressis.

Minor, & maior.

Maior & minor si simul rẽ

MInor & maior, si simul rem minoris vẽdant pro minoris negotio, aut si pecunia

cunia in rem minoris vertatur: quãuis ambo euictionem repromiserint: eóque nomine insolidum se obligauerint: maior ex eo contractu nõ potest conueniri, si minor in integrum restitutionem aduersus contractum illum postulauerit. Nam color quæsitus videtur, vt legi minoris immobilia sine decreto alienari prohibenti fraus interposita maioris persona fieret. Sicuti cùm filiusfamil. & alius pecuniam mutuam accipiunt: ac pro ea restituenda insolidum cauent, renunciantes beneficio diuisionis & discussionis, quod fideiussoribus competit, non solùm filiofa. subuenitur, sed alii, vt pote qui tanquam fideiussor censetur adhibitus, vt nota. in l. sed si paterfa. §. non solùm. ff. ad Senatusconsul. Macedo. & ibi Pau. Castren. Quin & mulieri aduersus Senatusconsultum Velleian. pro alio intercedenti, eiúsque fideiussori subuenitur. l. si mulier. §. vlti. ff. ad Senatusconsul. Velleian. nisi fideiussor animo donandi intercedat, vt not. in dicto §. non solùm. Nam fideiussor statim posset ab altero mandati actione exigere, quod ipse præstitisset, ita legis mens circũueniretur. Atque sic respon. Alexand. Imol. in consil. lxiij. in quarto volu. & pluries suprema Paris. curia iudicauit. Diluit autem istic Alexan. contrarium argumentum, quod sumi posse videbatur ex l. & si is, C. de præd. & ali. reb. min. Nam & ea lege san

minoris immobilem, absque decreto, vendant ob minoris negotium, & restituatur minor: an maior euictionis nomine recte conueniatur?

ge ſancitum eſt, vt licet venditio prædii ad minorem pertinentis à curatore facta ſit nullius momenti: poteſt tamẽ curator hypotecaria actione cõueniri, ſi res ſuas ob euictionis periculum obligauit. Sed diſcriminis rationem affert Alexand. quòd in lege venditio contra legem facta non fuerat. In ſpecie verò ipſi propoſita venditio à minore geſta erat aduerſus ſtatutum ciuitatis. Tamen in hac differentiæ cauſa non ſatis acquieſcerẽ: quoniam in l. & ſi is. venditio aduerſus legẽ & Senatuſconſ. facta eſt, quod res immobiles minoris abſque decreto prohibet alienari, ſicuti venditio ſuper qua reſpondit Alex. aduerſus ſtatutum ciuitatis facta. Verùm alia mihi potior videtur ratio diſcriminis. Siquidem in l. & ſi is. curator ſolus vendiderat. Itaque & ſi proprias res ob euictionẽ pignori ſubieciſſet, nõ poterat à minore propterea aliquid conſequi. Proinde, cùm minori nullum damnum ex ea venditione oriatur, nihil prohibet à curatore potuiſſe res proprias obligari. At in ſpeciebus ſuprà relatis, nempe vbi vir maior, & vxor minor rẽ vxoris minoris ſimul vendunt: fraudem & damnum patitur mulier, ſi reſtitutio ipſius non ſit viro communis: quia dimidia pars damni quod ſufferret maritus, vxori ob ſocietatẽ à ſtatuto inter illos introductam continget. Aequè in ſpecie tractata ab Alexand. minor etiam

etiam maiori, qui secum vẽdiderat, tenebatur: propterea quòd pecunia ex venditione redacta, in rem minoris versa fuerat.

Matrimonÿ controuersia.

MAtrimonii quæstio & controuersia, licet quantum ad eos inter quos contractum asseueratur matrimonium, sit coram pontificio iudice tractanda: tamen si pater aut mater simul cum filia apud pontificium forum conueniantur: vt quam de futuro matrimonio emiserint promissionem, impleãt: poterunt illius fori iurisdictionem declinare: vel etiã ab ipsius citationis decreto, tanquam ab abusu, prouocare ad supremum Parisien. Senat. quod discrepare ab eo videtur, quod scribitur in l. nulli. & in l. quotiens. C. de iudic. Nam vbi principale tractatur, & eius accessiones ibi sunt disceptandæ: neq; debet causæ cõtinentia diuidi: vt plures sententiæ de vna eadémque re non ferantur. Sed id receptum fuisse arbitror: quia hodie speciali quodam huius regni iure laici à iurisdictione pontificia ita sunt emancipati, vt non nisi in casibus specialiter permissis possint ad eam deuocari: quemadmodum iure pontificio clerici à iurisdictione laica sunt distracti, vt in eam cõsentire etiã nequeant: sicut notatur in c. si diligenti. de foro comp.

Matrimonÿ controuersia põtificÿ est fori inter eos, qui sponsalia contraxerint, non autem inter alias personas, quæ de futuro inter alias connubio quidpiam pactæ sunt.

Atque

Atque Id(quod modo diximus)supremæ Paris.cur.iudicio comprobatum accepimus.

Quando minor aduersus venditionem rei suæ immobilis cum decreto, auctione quoque præmissa à tutore factam possit restitui.

MInor, si dolus creditoris, tutoris, vel curatoris interuenerit, restitui potest aduersus rei suæ immobilis venditionẽ sub hasta legitimis diebus auctionũ factã. l. & si præses. C. de præd. & ali. reb. mino. Veluti si accõmodata debitoris simulati persona auctionibus res minoris immobiles cõniuente curatore fuerint distractæ. Atque ita à Picto. Præfecto iudicatum, & à suprema Paris. cur. comprobatum fuisse refert Petr. Rat in commenta. consuet. Picto. titul. *des criees*. in gloss. *de telle ualeur*. Idem quoque, vbi dolus nullus adhibitus fuerit, affirmat Dom. Boer. in decis. Burdegal. quæstio. cxlj. Imò etiam post arestum, quod interuenerit super huiusmodi auctionibus: dummodo aresti executio non fuerit perfecta: videlicet si nouissimus licitator nondum fuerit in prædiorum adiudicatorum possessionem missus. Atque ita aresto supremæ Burdeg. cur. refert pronunciatum. De iis autem nonnulla scripsimus in nostris forensib. institu. lib. j. c. lviij. circa finem.

Minor an aduersus permutationis cõtractum de re

MInor, si immobilia sine iudicis decreto alienauerit, nullius momenti alienatio est: nec de pretii exiguitate disceptandum est,

dum eſt, quouis titulo ea alienauerit, ſiue tranſactionis, ſiue permutationis, ſiue refutationis, ſeu renunciationis. l. non tantùm. l. ſi quidem. l. ad reſoluẽdam. C. de præd. & ali. reb. mino. licet Barto. in l. magis puto. §. penulti. ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt. ſequutus Iacob. Butrigar. diſsideat, quod ad permutationis contractum ſpectat: dum tamen læſio nõ immodica acceſſerit. Sed Bar. opinionem hac in re vſus forenſis auerſatur. Sanè & ſi diſcrepare inter ſe leges videantur: an minor vbi alienatio defectu ſolennitatis peccat, teneatur pretium reſtituere. Nam lex prædiorum. C. de præd. & ali. reb. mino. negat, niſi in rem minoris verſum probet aduerſarius. At lex quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minorib. contrà ait in venditionis contractu: niſi tunc dederit emptor minori, cùm eum perditurum non ignoraret. Nos autem ſententia vtimur poſteriore, ſi modo minor adultus ſit, & duodeuiginti annos ſaltem natus: nempe vt pretium minor teneatur reddere.

immobili geſtum abſque decreto poßit reſtitui.

Minor reſtitutus contractu reſciſſo, an pretium teneatur reddere?

Monetæ vſus.

Moneta, cuius vſus à principe cõſtitutus eſt, ſolui debet: ſed tamen pro modo & æſtimatione illius monetæ, quæ vigebat & vſitata erat contractus tẽpore, vt probat text. & ibi Imol. & Panor. in c. olim. de cenſib.

Monetæ vſus, & æſtimatio cuius temporis inſpiciantur.

censib.& not.gloss.in l.eleganter. §. qui reprobos.ff.de pigno.actio. Guid. Pap.quæst. ccccxciij.Et quamuis Ioan. Fab.in authent. hoc nisi.C.de solu.scribat quòd curia Franciæ consueuit statuere,& tenere:quòd quãdo à principe moneta debilitatur, recipitur pro forti:sed quando fortificatur,habet respectum ad tempus contractus. Tamen vsus sic exoleuit:& priorem opinionem plurimis supremæ Paris. curiæ arestis scimus approbatam : adeò vt cùm redditus annuus fuisset pecunia comparatus,iam ex illo,quo viginti & septem solidis turonensibus aureus solaris valeret,debitórque ad eum redditum redimendum admitti postularet oblata sorte, & pensionum decursarum reliquiis,in viginti septem solidis pro singulis aureis : creditor autẽ obsisteret,quòd aureis emptus fuisset redditus:itaque aliud pro alio inuito creditore solui non posse.In moneta verò materiæ qualitatem, & pretium expendi solere: & tũ bonitatis extrinsecæ,quæ in pretio cõsistit,tũ bonitatis intrinsecæ, in qua materia inspicitur,rationem haberi oportere,vt no. in l.cùm quid.ff.si cert.peta. Porrò cùm lis ea apud supremum Paris.tribunal penderet, eadem curia re ad eos qui monetæ præfecti sunt Parisiis(quos monetarum generales vocant)relata tandem sanxit: vt sors & pensionum reliquiæ aureis eius tempestatis, qua

res iud

res iudicata fuit, restituerentur, licet singuli aurei quadraginta solidis turonensibus valerent. Nam hi monetæ præfecti renunciarũt, atque asseruerunt, viginti & septem solidos illius temporis quo redditus ille annuus venditus erat, tanti pendere, quanti recentioris temporis quadraginta solidi. Hac autem de re latius disserit Pet. Rat in comment. consuet. Picto. c. cclxxvij. Sed hodie constitut. regiis super nũmorum erasorum receptione speciatim cautum est: vt si quid cuipiam debeatur, is teneatur nummos erasos pro eius pecuniæ modo, qui iisdem constitutionibus definitus est, recipere. Sed tamen existimarem, vbi ex contractu mutui quis solatos aureos deberet, non liberari nũmos pro definita pecuniæ æstimatione offerendo: quia hîc non tantùm bonitas extrinseca, sed etiam intrinseca attendi debet. l. cùm quid. ff. si certum peta. Idem quoque iudicarem in redemptione, & retractu rei immobilis: qui vel pacto contrahensium, vel statuti beneficio fieret: si pecunia, vt species fuit contractu designata venditionis, vt puta centum aurei coronati. Alioqui censerem cogendũ creditorem, vt solutionem eorum nũmorũ secundum æstimationem principis constitutione taxatam acciperet.

Minor ob exceptionem declinatoriam,

MInor non restituitur ob exceptionem declinatoriam, vel dilatoriam omissam:

q quippe

vel dilatoriã omissam, an restituatur.

quippe ob exiguam læsionem indulgeri nõ debet restitutio.l.scio.ff.de in integr.restit. & tradit Feli.in c.fraternitatis.in iiij.col.in fi. de testib. in antiq. citátque præterea in hanc sententiam l.fideiussor. §. quædam.ff. manda.quæ nihil ad rem facit.Quin & ipse in fi.d.c. hoc subdit esse intelligendum, vbi dilatoria exceptio ei competit ob aduersarii odium: veluti excõmunicationis exceptio, vel si ea exceptio non magni sit commodi, vel litis principalis merita non respiciat,vel non sit necessaria:ídque in arbitrio iudicantis versari,vtrũ minor restituẽdus sit,nécne. Sed cùm minor absque curatoris authoritate in ius vocatus fuisset ad tribunal iudicis regii super retinendæ possessionis interdicto,declinauit eius forum:& litem ad iudicẽ eius loci, in cuius territorio & feudo res cõtrouersa sita erat, postulauit remitti. Actor autem restitit, quòd reus in territorio iudicis illius regii moraretur: proinde nullam ei iniuriam fieri: quia coram sui iudice domicilii conueniretur. Nam sicut in actione in rem electio est actoris:vtrum coram iudice domicilii,an corã iudice eius loci,in quo res sita est, reum conueniat: ita iuris tantundem in hoc interdicto esse obseruandum: quod licet vi ipsa personale sit, tamen in rẽ scriptum sit,& magis rei, quàm personæ intuitu detur. E diuerso alter ait, quamuis in perso

personã ſit,ac in rem ſcriptum: tamen textũ eſſe apertiſsimum in l. vnica. C.vbi de poſſeſsio.agi oport.quo de poſſeſsione eo loci iubetur agi,in quo res eſt poſita. Cùm autem ſit collocata in territorio alterius iudicis regii:quàm eius,in cuius territorio degit reus, conſequens eſt, vt ſi ad inferiorem alterius territorii iudicem lis non debeat ablegari, propterea quòd ex priuilegio huius interdicti cognitio ad regios iudices ſpectet: tamen ad iudicem regium præſidatus, in quo res eſt ſita, debeat lis transferri. At iudex apud quem lis agebatur, illius remiſsionem negauit:à quo prouocauit minor. Et quamuis abſque curatoris authoritate hanc liticulam peregiſſet:coactus eſt tamen, ſecundum prudentiſsimorum reſponſa cauſidicorum, apud ſupremam curiam Pariſiorum ſententiæ acquieſcere: atque expenſis multatus eſt appellationis temerariæ. Nam cùm de exceptione tantùm declinatoria diſceptaretur: non neceſſariam exiſtimarunt in ea diſceptatione curatoris authoritatẽ. Tum quòd minor in momentaneo poſſeſsionis iudicio ſine curatore poteſt ſtare, vt probat textus in l.vlti.C.qui legit.perſo.in iud.ſtand.hab. Licet autem gloſ.id cenſeat procedere cùm minor conuenitur, non cùm alterum ſuper poſſeſsione pulſat, quin & hoc caſu authoritatem curatoris nõ adhibendam. Attamen

in curiis nostratis Franciæ, quæ moribus regitur, an id admitteretur, hæsito: quoniam apud nos pluris æstimatur possessio, quàm secundum ius scriptum. Conceditur enim appellatio ab adiudicatione plenissimæ possessionis, nec ea submota appellatione exequutioni mandatur. Iure autem scripto recipiebat à sententia in possessorio iudicio lata appellationem. l. vnica. C. si de momen. possess. fue. appel. Imò tanti facimus possessionem, vt maior pars forensium controuersiarũ sint possessionis vel retinẽdæ, vel redintegrandæ iudicia. Proinde magis arbitrarer propter minimum damnum, quod ex declinationis exceptione poterat minori contingere, non desideratam fuisse in ea curatoris authoritatem. Eodem quoque pertinet, quòd cùm minor sententiam vnà cum expensarum condẽnatione aduersus reũ obtinuisset, nec eius generis esset sententia, vt exequutioni, submota appellatione, posset mitti, quamuis ab ea prouocasset: tamen apparitor qui eam denunciauerat, reum in ius vocauit: vt taxationi earum expensarum interesset, atque is adfuit, petiítque ab instantia propter iam interpositam appellationem dimitti & expẽsas temerariæ citationis: atq; secũdum reum iudicatum fuit: à quo minor prouocauit, causámque grauaminis hanc solam causabatur: quòd absque curatoris postu
latione

latione executor diem illum dixerat reo ſuper expenſarum taxatione: atque curatoris authoritas in ea liticula non interuenerat, licet in primordiali interueniſſet: actórque idcirco certior eſſet curatoris illi dati. Proinde eum curatorem ad eam liticulam fuiſſe accercendum. Aduerſarius autem afferebat, quòd cùm ab eo in ius vocatus eſſet, ad eas taxandas impenſas abſque curatoris authoritate, eum iam annis xxv. maiorem factum credidiſſe: deinde quòd ea liticula exigui eſſet momenti. Itaque ex conſilio non incelebrium apud ſummam illam curiam aduocatorum rei iudicatæ paruit appellans.

MInor ad diuiſionem rerum immobiliũ prouocare non poteſt, ſed ſolummodo prouocari, vt probat text. in l. penulti. C. de præd. & ali. reb. mino. adeò, vt tametſi non fuerit læſus in diuiſione, ſi tamen ad eã prouocarit, reſtitui debet: etiam ſi ſuper ea præſentibus cõſanguineis & amicis tranſegerit, non interueniente curatoris authoritate, & iudicis decreto. atque ita ſuprema Pariſ. curia, die vj. Auguſt. 1543. ſanciuit.

Mulier quando Vell. iuuatur.

MVlier etiam moribus noſtris iuuari poteſt Senatuſcõſulti Velleiani exceptione: ſi

ne: si pro marito, vel alio se obligari passa sit: atque etiam ea post sententiam vti potest, vt probatur in l. tametsi. ff. ad Macedo. & Bald. in authent. si qua mulier. C. ad Velleia. quia directò sententiam non impugnat: vt not. in l. Nesennius. ff. de re iudic. Tamẽ rescripto Principis opus est, quo aduersus eam obligationem restituatur, imperatúrque iudici: vt eã obligatione liberet. Sed cùm mulier quædam bona sua ex huiusmodi obligationis instrumento, sententiáq; inde consequuta capi in iudicati causam consensisset, impetrauit eius generis rescriptum: verùm ab eo depulsa fuit iudicio supremæ Paris. curiæ, die xxiij. Nouembr. 1543. Nam cùm bona sua capi consenserit, visa est, veluti iterum pro marito intercedere: at mulier aduersus secundam intercesionem hoc beneficio nõ iuuatur. l. si mulier. C. ad Velleia. Sed & Do. Rebuff. in commentariis regiarum constitutionum priore tomo, charta clxx. scribit mulierem, quę pro filio suo soluere promiserat, & si rescripto regio fuisset nixa, quo eã Senatusconsulti Velleiani ope declarari tutam mandabatur: tamen illam publicè apud creditorem pecuniam debitam præstita cautione obsignare à suprema Paris. curia cõdemnatam fuisse die xxvj. Nouẽb. 1545. Idq; comprobat: quia in rem suam fideiussisset. itaque huius Senatusconsulti auxilio non adiuuari.

l. aliq

l.aliquando.ff. ad Velleian. Verùm directò his refragatur tex.in l.iij.C. ad Velleia. Vbi si pro filio mulier intercedat, Velleiani exceptione tueri se potest. Quare cùm ex cōmentariis cuiusdam viri perquàm docti hoc arestum cum aliis quibusdam insignis notæ excerpsissem, dubitaueram hîc arestum hoc attexere. Coniiciebam enim aliquid deesse: quod causam huic aresto dedisset: nempe, quòd mater & filius in eadem domo commorari, aut in communione bonorum agere ex instrumenti obligatorii inspectione forsan constitisset. Nam Velleiano Senatusconsulto mulieri succursum fuit, etiam cùm pro marito carceribus liberando se obligasset: atque ita suprema Paris. curia censuit die 21. Martii. 1528.

Manus iniectio.

Manus iniecti non potest in ea feuda: quæ ab eo mouentur: qui patrono fidem offerre cunctatur.

MAnus iniectio non potest fieri in feuda, quæ ab eo mouentur, qui se in fidē superioris patroni nō contulit, sed in ea tātum, quæ ille cunctator posſidet, vt est statu. Picto.c.cij. traditum & à suprema Parisien. curia iudicatum die 15. Decembris 1543. in controuersia ab vrbe Aurelianensi ad summam curiam deuoluta. Fallit tamen in duobus casibus eodem statuto proditis.

Mulier à viro diuertere potest.

Mulier quibus ex causis à viro potest diuertere.

Mulier quædam nobilis posteaquam vir eius apud curiam summã Paris. sententiæ, à qua ipse prouocauerat, acquieuisset, postulauit secundum libellum antea curiæ illi oblatum: vt maritus cogeretur sinere eam vti suis facultatibus, & prædiis: & ei, quæ in contractu matrimonii in casum eius dissolutionis pacta erant, tradere, propterea quòd in communibus eorum laribus pellicem & focariam ob oculos vxoris ipsius & liberorum communium à multis annis fouisset, & impulsu pellicis plerosque corporis cruciatus vir ipsi vxori inflixisset: ob eásque causas, & ne sibi toxicum à pellice clàm ministraretur, nũquam se ad viri consortium redituram detestata est: atque vt de iis fidem ex tempore faceret, regio aduocato Do. A. Marillac elogium de eorum criminum indiciis, curiæ mandato confectum, tradiderat, vnà cùm donationis instrumento, quo concubinæ prædia ducentorum Francicorum annui redditus perpetuò in delibatæ pudicitiæ præmiũ maritus donauerat. Maritus autẽ quasdã excusationis causas ad inficiationẽ huius delicti adiunxit, & petiit, vt ea in domum illius remigraret: ac quæ iure maritali impendere tenebatur, se libenter exhibiturum spopondit. At regius aduocatus A. Ma-

rillac

speties facti h. e.

rillac in causam cum vxore (recitatis iis omnibus, quæ elogium & instrumentum donationis complectebantur) descendit: atque etiam poposcit, vt eum virum in vincula coiiciendum Curia iuberet. Itaque Curia censuit, vt maritus vxorem omnibus bonis ad eã pertinentibus liberè vti, fruíque permitteret, detracto omni hypothecarũ (quibus ea supposuisset) onere: nec tamen pactis dotalibus comprehensa traderet: atque vt iudicato pareret, eum multa mille Francicorum partim fisco, partim mulieri eroganda cogi posse decreuit: & vt seipsum apud eandem Curiam intra certum tempus sisteret, regii procuratoris petitioni respõsurus: Alioqui prehendi, & in carcerem coniici posse: ac si prehendi non possit, trino nundino inclamatum iri, & si in contumacia persisteret, illum deportandum, & bona eius publicanda, & interim annotanda, & publicè possidenda. Vxorem verò apud probatæ cuiusdã matrisfamiliâs domum interea Lutetiæ mansuram, & posteaquàm ad patriam rediisset, eam in matrisfamiliâs cuiusdam tum ætate prouectioris, tum moribus commẽdatæ ædibus demoraturam. Hæc autẽ concinunt his quæ not. in l. Caio. ff. de ali. & ciba. lega. vbi Bart. ait, quòd si vir legauerit alimẽta vxori, quãdiu vixerit in domo ipsius defuncti, & vnà cum eius hæredibus: si salua honestate in illa

Maritus priuari potest fructibus rerum parapher nalium vxoris, qui ex statuto ei competunt.

Mulier que à viro diuertit, apud honestam matronam commorari iubetur.

domo morari non poſsit: vt pote quia ſint ibidem iuuenes, qui ſcortentur, vel luxurientur: debent ei præberi procul ab ea domo alimenta. Propiùs verò accedunt iis, quæ ſcribunt. in c. literas. vbi Panor. de reſtitut. ſpolia. Vxor enim non eſt marito reſtituenda, ſi tutè non poteſt cum eo morari, abſque ipſius periculo: hæcque iuſta cauſa eſt illius à viro ſeparandæ, & matrimonii etiam (quantum ad torum pertinet) diſſoluendi.

Minoris mobilia.

Minoris mobilia an requiri debeant, priuſquàm ad immobilia veniatur.

MInoris mobilia requirenda ſunt, antequàm eius immobilia in cauſam iudicati capi poſsint: nec ſufficit tutorem apparitori, qui ſolutionem imperauit, renunciaſſe nulla mobilia ad minorem pertinere: quãuis poſt conſtitutiones regias anno 1539. æditas, quibus antiqua perquirendorum mobilium ſolẽnia ſublata fuiſſent, huiuſmodi immobilia capta fuiſſent. Ita à ſuprema Pariſ. cur. die 10. Decemb. 1545. iudicatum ſcribit Do. Petr. Rebuff. in comment. conſtitu. regia. priore tomo, charta 170. Proinde cùm inter Rupellanos quoſdam ſimile prolatum fuiſſet anteà areſtũ, eo iure vtebantur: vt minoris tutorem, eiúſque cõſanguineos in iudicio creditor interpellaret, vt ſi quid in mobilibus haberet minor, id indicarent, & expromer

promerent intra certam diem, iudicis arbitrio præstituendam: alioqui ea die præterita manum publicam in minoris immobilia cõminaretur iniiciendam. Quod si huic interpellationi non esset paritum, exacta die ritè, rectéque ad immobilia capienda, creditor perueniebat.

Mulieris alimenta.

MVlieri alimenta ex hæreditate ipsius viri iacente suprema Paris. curia die 11. Decembr. 1523. decreuit vsque ad certam pecuniæ quantitatẽ, cùm frater nollet eam hæreditatem adire, vel saltem cunctaretur, vt scribit Do. Petr. Rebuff. in commen. consti. regia. priore tomo. char. 272. Sed & charta sequenti adducit eiusdem Curiæ decretum: quo sanxit mulierem & donatione propter nuptias à statuto collata, & beneficio cõmunionis mobilium & immobilium constante matrimonio acquisitorum à statuto etiã delatæ, fuisse ob adulterium destitutam, & in monasterium coniectam, vbi flagris diebus tribus (quos Veneris nominant) cæderetur. Idque latum fuisse die 23. Decemb. 1522.

Mulier ex hæreditate ipsius viri nondum adita an debeat ali?

Mulieris adulteræ pœna iudicio supremi Senatus Parisi. irrogata.

MVlier in his regionibus, quę ius scriptũ etiamnum obseruant, in viri potestate non est. Igitur conuenire, & conueniri iudicio absque

Mulier an sit in viri potestate in his regionibus, quæ

scripto iure reguntur.

cio absque viri potest authoritate. Quamobrem cùm quædã mulier in huiusmodi regione commorans à taxatione expensarum à duobus supremæ Paris. curiæ considentibus contra seipsam absque viri authoritate comparentem facta appellasset, atque intra constitutum tempus appellationẽ apud eandem curiam non introduxisset, desertæ appellationis apud illum Senatũ postulata est. Id autem solummodo opposuit, quod absq; viri authoritate iudicio illi adfuisset, & taxationi. Proinde nullam censeri appellationem, quòd generali Galliæ cõsuetudine mulier in viri sit potestate, nec sine eius authoritate legitimam in iudicio standi personam habeat. Aduersarius autem ex aduerso constitit, quod in prouincia, in qua ius scriptum custodiretur, degeret. Iure autem scripto mulierem viri non subditam esse potestati, vt probat tex. in l. si vxorem. & ibi Ioan. Fab. C. de condi. insert. & §. j. institu. ad Tertyl. §. j. vbi filia nupta in patris potestate remanet. Itaque mulieris appellatio deserta pronunciata fuit, & mulier multa in temerarios appellantes statuta, & litis expensis condẽnata ab eadẽ curia die 20 Martii. 1528.

Matrimonium.

Matrimoniũ si non teneat

MAtrimonium, si non consistat, non valet inter virum & vxorem facta donatio. l.

tio.l.qui contra C. de inceſt. & inutil.nupt. Quapropter cùm vir vxori mobilia, & acquiſita donaſſet adiecta clauſula retenti vſuſfructus & cõſtituti poſſeſſorii vxor poſt viri mortem aduerſus hæredes ipſius, interdicto vti poſsidetis, experitur: illi autem excipiũt donationem viribus carere, tum quòd ſtatuto vrbis Rupellanæ vbi cõiuges demorabãtur, réſque donatæ ſitæ erant, inter virum & vxorem donatio permittebatur non extantibus liberis ex legitimo matrimonio procreatis, atque ipſimet rei ex priore coniugio fuiſſent geniti: tum quòd vetitum fuiſſet ſecundum illud matrimoniũ: propterea quòd mulieris prior vir adhuc eſſet ſuperſtes, quũ alteri fuiſſet copulata. Porrò mulier replicabat aduerſus priorem exceptionem: quãuis ſtatuto Rupellano id eſſet cautum: tamẽ aliter fuiſſe vſurpatũ ſemper à tempore ſtatutorum editorum: quoniam ſyndicus vrbis & collegii Rupellani à prioris ſtatuti (quo huiuſmodi donationes liberis etiã ſuperſtitibus cõcedebantur) abrogatione prouocaſſet, atq; apud ſupremam Pariſiorum Curiam ſuam obtuliſſet appellationem, quæ nõdum fuiſſet terminata. Alteram verò exceptionẽ refellebat mulier: quia & ſi vir eius prior eſſet ſuperſtes poſterioris tempore matrimonii initi, tamen iudicis pontificii ſententia matrimonium ob viri frigiditatem & coeundi inh

an donationes, tanquam inter virum & vxorem, celebratæ valeant.

di inhabilitatam fuerat dissolutum, & mulieri permissum alteri nubere. Duplicabant autem rei, priorémq; replicationem confutabant, quòd à statuti promulgatione non liceat appellare: atque, si fas esset, sublata tamẽ appellatione id statutum esset exequendum: quoniam princeps, vt plurimũ, mãdat hanc statutorum emẽdandorum potestatem, submota quacunque appellatione. Quòd verò ad posteriorem pertineret replicationem, eam auersabantur: quòd ab illa pontificii iudicis sententia prior maritus appellasset. Iudex quidem regius Rupellanę vrbis, agríque reos ab interdicto illo absoluit: ita tamen, vt ius integrũ mulieri seruaret, de dimidia mobilium, & rerum constante matrimonio acquisitarum referendæ quæstionis. A qua sententia mulier prouocauit. Tandem suprema Parisiorum curia rescissa appellatione atque iudicato in ea quidem parte, qua referendæ de mobilium & immobilium dimidia controuersiæ facultatem mulieri seruauerat: & iudicatum corrigendo edixit, vt iudicem põtificium superiorem, apud quem appellatio ab illa alterius iudicis sententia pendebat super matrimonii viribus & validitate, adirẽt. Decreuit tamen, vt interim lite pendente, quæ mulier à se in domum viri inuecta & illata matrimonii illius ergò & intuitu probaret, posset repeterę. Quod sanè summa æqui tate

Mulier, pendente de matrimonij viribus post viri mortem controuersia, repetit in viri ædes à se illata.

tate constitutum fuit: licet à muliere non fuisset postulatum: cùm neminem cum aliena iactura locupletari fas sit. Sed cùm vir cõfessus fuisset constante matrimonio illo posteriore se mobilia ad sexcentarum librarũ pretium excurrẽtia accepisse: publicámque hac de confeßione scripturam emisisset: cõsultus respondi non omnino huic standum confeßioni: quoniã à persona donare prohibita fuisset emissa, vt probat text. in l. quidam testamentum. ff. de probation. & l. cùm quis decedens. & ibi Barto. de leg. iij. & Paulus Castr. in l. j. C. de inoffic. donat. vbi ipse ait, quòd si pater omnia alienauerit venditionis titulo: & confessus fuerit pretium recepisse, neque aliter de numeratione appareat, rescinditur venditio: quoniã confeßio in donationis fraudem facta præsumitur: citátq; l. j. §. si mutuam. ff. si quid in fraudem patroni.

Confeßio inter personas donare prohibitas non valet.

*

Nullam

Nullum quando dicitur.

Nullum quidpiam dici aut effici non potest, quod à publica persona iurisdictionis, vel ipsius exequutionis, forma gestum fuerit: nisi ab eo actu prouocetur, seu appelletur.

NVllam esse, aut sententiam, aut interlocutionem, aut alium iudicialẽ actum, aut etiam quidpiam iudicio procul ab apparitore gestum, si lege quidem agat, seu (vt aiunt) iustitiæ expletum faciat, pronunciari nõ potest, citra appellationis auxilium in Galliæ regionibus, quæ moribus reguntur, palàm est: vt & nos docuimus iamdudum lib. instit. nostrarum forens. ij. c. vj. & postea latiùs executus est in commenta. constitut. regiarum Do. Rebuff. priore tomo. Sed illud non omiserim, quoniam à supremæ Paris. cur. iudicio non potest appellari, iudicium tamen eius, ceu nullum, quis potest rescindi & retractari postulare, si is qui hoc queritatur, supplicem libellum curiæ ea de re porrigat: huic autem Curia subscribere solet, vt supplicator regem adeat. Is ergo rescriptum à Principe impetrat, cui adnecti consueuit libellus ille. Itaq; Princeps iubet, vt curia libellũ illum in disquisitionem adducat: quódque ęquum ea de re ipsi videatur, statuat. Hunc verò libellum pragmatici requestam ciuilem vocãt de qua

Forma supplicis libelli quẽ requestam ciuilem vocãt.

scripſ

ſcripſimus in ſcholiis.c.xvj.lib.ij.inſtit.noſtrarum forenſ. Et quemadmodum ibidem traditum eſt,plerunque de iudiciali iniquitate non ſolet queri in ſupplicationis libello: quem nos erroris propoſitionem nominamus:ita etiam in hoc ſupplice libello regulariter non profertur querimonia: quòd iudicatum minus ſit iuſtum,ſed quòd dolo aduerſarii, vt puta quia curiæ obrepſerit, vel caſu quodam aduerſo, qui ſupplicanti acciderit, areſtum latum fuerit: Tamen interdũ planè areſtum dicitur eſſe nullum: quòd nõ ritè,rectéque fuerit prolatum: veluti in ſpecie, quæ nuper contigit: vbi quidam huiuſmodi ſupplice libello areſtũ conabatur reſcindere: quòd mortuo eius aduerſario lite nondum in ſupremæ Pariſ.curiæ conſilium miſſa, eadem Curia pro mortuo diffiniuerat cauſam. Nam iudicia claudicare debent minimè. At ſi contra mortuum poteſtate iudicandi nondum facta, lis fuiſſet terminata: ſententia eſſet nulla, vt probat text. in l.de qua re.§.vlti.ff.de iudic.Igitur nec pro mortuo debet lata ſubſiſtere:ſecundum not. in l. vlti.C.de fruct. & lit. expenſ. Tamen contra aſſerit gloſſ.Barto.& Pau.Caſtren.in dicto §.vlti. nimirum vt contra mortuum lata non valeat,pro mortuo autem lata viribus non deficiatur. Quapropter magnopere deſudandum arbitrarer in cauſæ victoria à ſup-

Quid in ſupplice hoc libello cauſari liceat.

Sententia pro mortuo, ante iudicandi calculum porrectum, lata an valeat?

plicante obtinenda. Præsertim cùm nouissimis constitu.c.cix.qui hac via retractationem aresti molitus est,mulcta in temerarios appellantes constituta plectatur. Itaque vt causæ huic adminicularetur huius libelli impetrator alteram causam addidit, nempe litigantes ante defuncti mortem super controuersia interposuisse compromissum, & de lite nōn persequenda fuisse restipulatos. Quāobrem suprema Curia est interloquuta,vt de hoc compromisso, & instātiæ illius pollicitatione testibus inquireretur, atque iis secūdum quos interloquutio lata est, tuli patrocinium.

Nomine proprio agere,&c.

Nomine proprio potiùs, quàm alieno quis facere quidquā præsumitur.

NOmine proprio quis potius,quàm alieno censetur contrahere.l. & magis. ff. de solu. Et Bart.in quæstio.incip. Adunantia.tamen Paul.Castren.in l.si filius.ff.de in rem vers.ait, quem in dubio iudicari alieno nomine, non autem proprio soluere:quando vna tantummodo est principalis obligatio plures nacta qualitates, vt puta, quia suo nomine,& tāquā hæres, vel tāquā legitimus administrator tenetur. Tū enim tanquā hæres, vel legitimus administrator soluere intelligitur:quoniam in hac specie id sibi vtilius est,vt recuperare queat. Sinautē vna sit

Nominis proprij magis quam alieni causa quando solutio facta iudicetur.

princ

principalis, altera verò accessoria obligatio, veluti fideiussoria, & sint diuersæ speciei, nempe, quòd ipse soluens vnus vna tenetur, alter autem altera. tum magis suo, quàm alieno nomine soluere existimatur. Laudat verò Paul. ipsum Bartol. in l. si pœnæ. ff. de condic. indeb. Quapropter cùm quidam vini octauam regi in pluribus pagis debitã redemisset, Titius octauæ in vno pago debitæ nomine fideiusit, & pecunias nonnullas fiscali exoluit coactori, non adiecta causa, in quam solutio cederet. Deinde quia principalis debitor non esset soluendo, fiscalis coactor ipsum fideiussorem in ius vocauit: qui se nummos debitæ quantitatis in quam fideiusserat, pares coactori dependisse excepit: coactor autem replicatione vsus est, quòd in causam aliarum octauarũ partem eius pecuniȩ sibi soluto accepisset. Duplicatione verò obstitit reus, quòd pecunia ab eo præbita in causam in quam fideiussor extiterat, accepto erat ferenda: non autem, vt administratorio illius debitoris nomine in aliam causam soluisse censeri deberet. Tandem supremæ curiæ, cui de fiscalibus tributis libera cognitio & iurisdictio mandata est, pro reo pronunciauit. Proinde quis proprio magis nomine creditur posidere, quàm alieno, vt tradit Bartol. & alii in l. j. §. nunciatio. ff. de operis noui nuncia. Cæterùm, si maritus &

Arestum.

Nomine proprio magis quàm alieno quis posidere præsumitur.

vxor ius dominii & proprietatis in fundo quodã à se, matrimonio constante communiter possesso, eius nomine is fundus possessus intelligitur, qui ante matrimoniũ possidebat, non autem alterius, qui iure societatis coniugalis iudicatur possedisse, vt probat text. in l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt. & ibidem glo. in verbo, expoliat. id ad alios omnes, qui in diuinis, & humanis rebus officium gerunt, extendit. Itaque cùm maritus prædium vxori, constante matrimonio, donasset, adiecta constituti possessorii, vel retenti vsusfructus clausula, soluto autem morte viri matrimonio, vxor cõmunium liberorum tutrix diu possedisset, ambigitur, suo, an liberorum nomine præsumatur possedisse. Ego verò existimauerim, suo nomine: cum nihil iniqui in re minoris sic statuatur, neq; causam possesionis per iniuriam interuertat. At si eiusmodi sit prædium cuius possessionem, vel dominium non liceat in vxorem transferre, coniicio tum mulierem administratorio nomine posidere. Semper enim quis intelligitur quidpiam, quo debuit nomine, eo cogere. l. meritò. ff. pro socio. non autem ex ea causa, quæ infert iniuriam: veluti, si prædium illud sit antiqui patrimonii ipsius viri, cuius possesionẽ à viro in vxorẽ transcribi statutum Pictonicum vetat, licet dominium ei dare permittat citra besis, seu duarum

Fũdi possessio constante matrimonio habita, censetur eius nomine seu viri seu vxoris fuisse, ad quem fundus ante matrimonium pertinebat.

Mater post viri mortem à quo ei fundus donatus est, tutrixque liberorum communium fuit pronunciata, vtro nomine an suo, an autem liberorũ nomine intelligatur possidere.

duarum partium totius in tres partes diuisi imminutionem. His quoque adstipulatur l. cùm nemo.C.de acqui. poss.prohibet enim causam interuerti possessionis. Tum accedit, quod tradit Bal.in l.cùm ipse.C.de cõtrahend.empt.licet tutor rem à patre pupilli venditam possit sibi ipsi tradere.l. fistulas. §.j.ff.de contrah.emp.Id tamen ad tutorem testamentarium solummodo pertinet,vt po te, cuius fides potissimùm à testatore electa est. Quare, si aliterquàm ex testamẽto viri, mulier natorũ cõmunium tutelam susceperit, non poterit sibi huiusce prædii possessionem statuto non concessam sibi tradere: vt differentia inter accipientem & dantem aliqua constituatur: quamuis ideo,quia duorum vicem gerat, nempe priuatam, & tutricis,videatur id posse facere,sed quia id à criminis suspicione non est alienum,& bonam fidem non resipit, id non licere. In simili specie scribit Bal.& Pau.in dicta l.cùm ipse. Nam legatarius non potest rei legatæ propria authoritatẽ ingredi possessionẽ,vt probat text. in l. j. ff.quorum legat. licet recta via ad eum legatæ rei dominium transeat.l. à Titio. ff. de furtis.

An omnis tutor rem sibi a patre minoris venditam tradere sibi possit.

* * *

Poſſeßio triennalis.

Poſſeßio triennalis ſacerdotij poſt litem vindiciarum finitam ſubmouet à pleni poſſeſſorij perſequutione.

POſſeſsio beneficii eccleſiaſtici, qua per triennium potitus eſt, qui fiduciariam ipſius beneficii poſſeſsionem (quã recredentiam vocant) obtinuit, tanti momenti eſt, vt aduerſarius non admittatur ampliùs ad perſequẽdum interdicti vti poſsidetis caput: quo de pleniſsima & irreuocabili poſſeſsione agitur, quódque plenum poſſeſſorium, ſeu manutenutam nominant: Nã ex decreto pragmaticæ ſanctionis, & pactis ſeu concordatis inter ſummũ Pontificem, & Franciſcum huius nominis primum Gallorum regem nuper defunctũ initis, qui ſine interpellatione & lite beneficium eccleſiaſticum per triennium poſſederit, non poteſt, vel poſſeſſorio, vel petitorio iudicio ampliùs interpellari, vt extat titulus hac de re ſpecialis. Id autem ſupremæ Pariſiorũ curiæ areſto, anno Do. 1509. definitũ tradit Pet. Rebuff. in cõmen. cõuentorũ ſeu concordat. eorundem tit. de pacific. poſſeſſ. nume. 167. Nec verò huic ſegnitiei cõfert: quòd cùm in huiuſmodi interdicto non niſi lite conteſtata ſoleat ſententia ſuper fiduciaria ferri

ria ferri possessione, hoc interdictum ea litis contestatione efficitur perpetuum, vt no. in l. vlti. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. & c. venerabili. de iudic. in antiq. & ideo videtur recipi, & redintegrari posse istius nouissimi capitis, quod de plenissima possessione competit, persecutio post triēnium illud à fiduciariæ possessionis adiudicatione trāsactum, tamen huius aresti authoritas colenda est. Sed & aliud non minus memoriæ mādandum, scribit ibidē ipse Rebuff. nimirum, si aduersus alterum intendatur possessionis retinendæ interdictum super ecclesiastico beneficio: alter autem quietè & non interpellatus beneficium id triennium possederit, hic huius decreti exceptione tueri seipsum aduersus alterum potest: si alter voluerit ad illius interdicti iudicium hunc accersere: quoniam hic liberas ædes per triennium habuit: quantum ad alterum, qui hoc interdictum instituerat, pertineret: vt in simili nota. in leg. loci. §. penultimo. ff. si seruit. vendic. Idem quoque antea tradiderat Cosmas Guiner. in comment. Pragmat. sanctionis titul. eodem. §. lis autem. in verbo, terminorum. in fin. vbi & rationē illam à Rebuffo citatam affert, & præterea quia vitiū litigiosi est personale, non autem reale, & idcirco beneficium non afficit: sed tantùm personam, cum qua litigatur, vt probatur ex nota. in l. j.

Lis aduersus alium super sacerdotij possessione mota triennalis possessionis effectum in damnum eius, qui quietè possedit non impedit.

Vitium litigiosi an reale, an personale.

& ibi Bart.ff.de litig. Quibus accedit, quòd interruptio ciuilis prodest solum aduersus eum, cum quo fit, non autem aduersus alios. l.naturaliter. & ibi Bartol. & Paul. Castrens. ff. de vsucap. Proinde cùm quis per annum & diem nō interpellatus res prophanas possedisset, quę sibi hæreditate obtigerant: alius verò aduersus aliū de ea hæreditate retinendæ possessionis interdicto expertus fuisset post annum à tempore mortis eius, cuius de hæreditate agebatur, sequuta est sequestrationis sententia, quam cùm actor executioni mandandam curaret, qui per annum & diem liberè possederat, is huius sententiæ executioni intercesit: à qua quidem intercessione depulsus est, sed prouocauit. Tamē postea huic sententiæ (minus bene consultus) acquieuit. Verùm interdicto illi ipse intercesit: præcipuéque id causatus est, quòd iam annum & diem possedisset ante intercessionem sequestrationi à se oppositam. Actor autem replicabat se aduersus sororem ipsius intercessoris illud interdictū mouisse: eiúsq; litis certiorem fuisse factum intercessorem: quia pro sorore aduocati operam in ea lite præstitisset. Reus verò contrà obsistebat: quamuis litem pro sorore curasset, soror tamen non titulo vniuersali pro hærede: sed titulo singulari, & pro donato interdictum appugnabat: ad hæc, si hæreditario nomine illa

Interruptio ciuilis aduersus alios non operatur, quā eos, cum quibus facta est.

illa excepiſſet,idq; penitus ſciuiſſet: nihilo magis id ipſi reo officeret: quoniam ſententia lata aduerſus vnum ex hæredibus, cæteris non obeſt, vt no. in toto titulo. C. quibus res iudica. non nocet.

Penſio ad quotam ſacerdotij partem conſtituitur.

Penſio vſque ad quotam ſacerdotij partẽ poſſit cõſtitui, & conſtituta vltra quàm par eſt, an à conſtituente poſſit exigi, Penſio an cedi poſſit.

PEnſio ſuper ſacerdotio vſque ad tertiæ partis ipſius ſacerdotii fructus conſtitui poteſt, non autem vltra: ſi tamen vltra fuerit conſtituta, ſolui à conſtituẽte debet, nec poteſt ideo ſolutionem recuſare, quòd maior, quàm par ſit, fuerit conſtituta: vt pote, qui aduerſus factum ſuum nequeat venire. Sed ſucceſſor in ſacerdotio poterit moderationem huius penſionis poſtulare: Nam eius anteceſſor non potuit ſacerdotium, pluſquã licuit, imminuere. c. ſi quis presbyterorum. de rebus eccleſ. non alienan. & tit. vt eccleſ. benef. ſine dimi. confer. Porrò & ſi quidpiã prophanum cenſeatur penſio: non poteſt tamen alteri cedi, veluti vſusfructus, vt notat text. in §. vlti. inſtitu. de vſufruct. non tamen eam amitti exiſtimarem, ſi cederetur, ſicuti perditur vſusfructus, per tex. in l. ſi vſusfructus. ff. de iure dot. & tradit Ioan. Fab. in dicto §. vlti. Sed remedii loco fructus & emolumenta penſionis debent locari fruenda.

Nam hoc remedium consuluit iurecons. in casu vsusfructus in l.si vsusfruct. suprà alleg.

Protestatio.

Protestatio metus, vel etiam vis iustæ ante cõtractũ emissa eo inscio cũ quo protestans cõtraxit, an nullum reddat eũ contractum.

PRotestatio præcedens ab eo interposita, qui iusto metu cogitur cum alio contrahere prodest protestanti aduersus alium, etiam in actu, qui à voluntate vtriusque pendet. Cùm enim D. Guiliel. Poyetus tũ Cancellarius Franciæ imperasset cuidam litiganti cum sororibus legitimam in hæreditate paterna, & materna reposcentibus: vt intra constitutam diem res communes diuideret: alioqui sua parte mulctaretur. Quod cùm formidaret, metu huius decreti se cum sororibus contracturũ protestatus est: & postea iudicio supremæ Paris. curiæ, ea transactio rescissa est die ix. August. 1543. licet Barto. & Paul. Castr. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hæred. asserant hanc protestationem nullius esse vtilitatis aduersus tertium, cum quo post cõtraxit protestans, si is actus amborum voluntate nitatur, nisi alter huius protestationis, vel metus fuerit conscius. Quare in specie illius aresti coniicere est, sorores fuisse cõscias huiusce metus fratri incussi. Tum quòd illis postulantibus illud Cancellarius decreuisset, tum quòd ipsis olim cùm apud supremam Parisiorum Curiam

riam causarum patronus esset, patrocinium in ea lite aduersus fratrem præstitisset.

Possidens prædium.

POssidens ex decreto prædium distractũ, nõ tenetur fructus restituere, vt aresto summæ Curiæ Paris. decisum fuit die 13. Septemb. 1543. Iustè enim possidet, qui authore Prætore possidet. l. iustè. & ibi nuncupatim quantum ad fructuum lucrum spectat Ias. nume. 9. ff. de acquirend. possess. nisi decretum ex causa euidenter falsa, vel emptore fraudem participante fuerit interpositum, vt suprà diximus, super verbo, decretum.

Possidens ex decreto prædium auctionibus legitimis venditum non tenetur fructus restituere. quanuis rescissa sit vẽditio.

Pensio.

PEnsio pro iure super beneficio ecclesiastico prætenso constitui potest. Quamobrem cùm quidam ab executione pontificii diplomatis, quo creata erat pensio, appellasset, tanquam ab abusu, eam minimè recipiendam iudicauit appellationẽ summa Parisiorum curia, die 11. Decembr. 1543. appellánsque mulcta statuta & expensis fuit condemnatus. Sufficit enim de titulo colorato constare, vt pẽsionis constitutio valeat: atq; ita potest constitui, vt ex solo iudice codicillorum summi pontificis (quẽ signaturam vocant

Pensio super sacerdotio prætenso potest constitui, & à quo sit cõfirmanda.

vocant) non etiam ex authentico diplomate (quod bullas nominant) posſit penſio condici, nec alius prǽterquàm ſummus pontifex hanc penſionis conſtitutionem poteſt confirmare.

Procurator.

Procuratoris factum debet nominatim declarari ratum non haberi, seu, vt dicunt, desaduouari.

PRocurator, qui cùm generale duntaxat haberet mandatum, quidpiam quod ſpeciale mandatum exigeret, in iudicio fecerit, vt puta, iuſiurãdum detulerit aduerſario, id nocet domino: niſi dominus expreſsim profiteatur ſe nullo modo ratum habere, quod ille fecit, id eſt Gallico verbo *deſaduouer*: nec ſufficit, ſi inficietur id mandaſſe: vt areſto ſæpius iudicatum ſcimus. Tamen cùm quidam procurator ſpeciali mandato minimè inſtructus iuſiurandum detuliſſet: quod citra illud facere non poterat: vt probat text. in l. alias. ff. de iureiur. & accepta iuriſiurandi conditione ſecundum ſe aduerſarius iuraſſet: obtinuiſsétque ſententiam à qua alter prouocauit: atque cùm nihil aliud queſtus fuiſſet, quàm quòd abſque ſpeciali mandato procurator eius hoc iuſiurandum detuliſſet: ſuprema Pariſiorum curia ſententiam & appellationem irrita fecit: appellatúmque in expenſis condemnauit, quamuis alter ſe non ratũ habere diceret, quod à procuratore geſtum erat.

Procurator generale habens mandatum nõ poteſt iuſiurandum deferre: ac eſt nulla ſententia ex ea iuriſiurandi delatione lata.

erat. Id autem iudicatum eſt die 26. Nouembris 1543.

PRocurator quod ex cauſa iudicati, pro cliente ſuo accepit retinere poteſt pro impenſis, quas ipſe in eam litem, in qua iudicatum extitit, fecit: vt areſto iudicatũ eſt die 23. Nouembris. 1543. Cui ſuffragatur, quod not. per text. gloſſ. & Bartol. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indeb. & per Ioan. Fab. in l. vnica. C. etiam ob chirograp. pecun. pign. reti. poſſ.

Procurator quod ex cauſa iudicati accepit, poteſt in ſumptus litis à ſe factos id imputare, vel retinere.

Præſcriptio.

PRæſcriptio decem, vel viginti annorum poteſt ſine titulo ex ſtatuto introduci: vel ſi ſtatuto caueatur, vt qui per viginti annos liberè poſſederit, non poſsit ei controuerſia moueri, non opus eſt tunc tituli probatione, vt aliquid iuri communi ſtatutum addat: cùm iure communi titulus ſit neceſſarius, atque id expreſsim tradit Paul. Caſtr. in l. j. C. de bonis mater. quod plurimùm ad ſtatuti Pictonici titul. de præſcript. §. j. valet comprobationem, vbi qui decennium non interpellatus fundum poſſederit, poteſt ſe tueri aduerſus eos, qui fundi illius dominiũ, ſeu aliquod aliud ius, vel ſeruitutem vendicare voluerint, ſtatúrque eius ſacramento: ſi

Præſcriptio ex ſtatuto an ſine titulo procedat.

fundum

fundum ipse acquisierit, non autem si eius auctor vel antecessor. Excipiuntur autem minores, ac templa, necnon iura dominicalia, seu feudalia, & solaria, seu fundiaria.

Potentius semper inspici.

POtentius quod est, vbi multa concurrũt, semper inspicitur, seu quod ad rei denominationem, seu quod ad eius conditionem pertinet. l. quæritur. ff. de statu hominum. Hermaphroditus enim est eius sexus existimandus, qui in eo præualet. Sed & si domus venditæ amplior pars ante traditionem exusta sit, non tantùm non compellitur emptor perficere emptionem, sed etiam quod fortè solutum est, repetit. Sin verò dimidia, vel minor, quàm dimidia exusta sit, tunc coarctandus est venditor, venditionem implere, existimatione boni viri arbitratu habita: vt quod ex pretio propter incendium decrescere fuerit inuentum, ab huius præstatione liberetur. l. domum. ff. de contrahend. emp. Id autem censetur potentius, quod primo loco est adscriptum. Quapropter, si venditionem fundi exordiamur à numero iugerum: veluti, si vendantur decem iugera: debet is numerus præstari à venditore, quamuis subiecta fuerint postea confinia: neque iugera intra ea compræhẽdantur. Sinautem

Potentius ratione quantitatis.

Domo combusta ante traditionem, an possit precium solutum repeti.

Potentius ratione ordinis.

Refert, an iugerum terræ numerus ponatur in vendi-

confinia

confinia in ipso venditionis initio conscribantur, tametsi mox iugerum numerus adiiciatur, non necesse est numerum iugerum reperiri condictum: quoniam is demonstrationis loco, non etiam dispositionis appositus censetur, vt respõ. Oldra. consil. cxcvij. Specul. & Ioan. And. in titu. de emp. §. j. circa fin. & Feli. in c. significante. de rescrip. in antiq. Verùm id est intelligendum in alienatione, vel concesione lucratiua, secus autem in onerosa: quoniam in posteriori specie & vbi titulus minimè lucratiuus est, semper debet præstari numerus iugerum constitutus: nec sufficit id omne tradi, quod cõfinibus scriptis conclusum est, vt probat tex. in l. si seruum. §. j. ff. de actio. empt. Ibidem enim agitur de modiorum quodam numero præstituto: nec distinguitur, an venditio cœpta sit à iugerum numero, nécne. Atque hãc distinctionem adhibuit Ioan. Imol. in c. per tuas. de donat. in antiq. & sequutus est Decius in consil. cccxlvij. in tertia consil. parte: qui & addit in Oldradi responso de donatione tractari. Sed & idem iuris esse asserit, vbi ex aliis capitibus, vel partibus instrumenti colligitur, conrrahentes potissimùm habuisse rationem numeri iugerum: nam altera contractus pars alteram declarat. l. qui filiabus. & in l. seruus plurium. §. j. ff. de leg. j. Rursus subiungit Decius inspici oportere precii

tione ante confinia, an post, vt præstetur is numerus.

Distinguitur onerosa causa à lucratiua.

Mens contrahentium attẽdenda, vtrum velint integrum iugerũ præstari numerum.

pretii quantitatem: quippe cùm ex pretii quantitate declaretur natura contractus, vel qualitas, vtrum ſit venditio, an locatio, vt tradit gloſſ. in l. j. §. qui ſuperficiem. ff. de ſuperfic. & Bartol. in l. patronus. ff. de lega. iij. Nec verò prætereundum eſt, cùm actum eſt: vt fundũ contrahentes admetiantur, id fieri debere intra xl. dies: nec peti poſſe poſtea. l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. ff. de ędilit. edict. Sin autem non fuerit de agri menſura facienda conuentum, poterit ſupplementum ad triginta vſque annos ad condictum numerum, vel menſuram poſtulari: vt in conſi. ſuprà citato, ipſe Decius ſubiungit.

Intra quod tẽpus peti poteſt fundi menſuratio.

Partem qui facit.

Partem vtrũ faciat qui ad partem nõ admittitur.

PArtem is facit, qui non admittitur ad partem: ſi non ipſo iure, ſed ope exceptionis non admittatur: aut ſi per retentionem illi conſultum eſſe nõ poſsit: vt probat text. & ibi Bar. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de legat. j. Proinde cùm ſtatuto Pictonum caueatur filiam ab vtroque parente nobili nuptum elocatam ab vtriuſque ſucceſsione eſſe excluſam. Rursúſque primogenito duas partes rerum hæreditariarum, quæ ſoli ſunt, & iure optimo clientelari poſsidentur, ac fide poſſeſſoris nexæ ſunt, id eſt nobiles. & quæ ſub homagio tenentur, inter genere claros, & nobiles

Quid intereſt an quis ipſo iure, an ope exceptionis excludatur.

nobiles hęredes etiam viri generoſi deferri: cæteris autem vtriuſque ſexus liberis, vel hæ redibus tertiam eiuſmodi rerum partem: accidit filiam ab vtroque parente fuiſſe pecunia & quibuſdam rebus immobilibus à patre & matre acquiſitis dotatam. Agitur autem de hæreditate vtriúſque parentis inter primogenitum & minores natu partienda. Primogenitus quidem poſtulabat, vt res nobiles in dotem ſorori datæ, aut ſaltem earum æſtimatio in diuiſionem veniat, earúmque duas partes ipſe percipiat: minores autem natu negant: quoniam ſoror excluſa à ſucceſſione, in ea partem facere non debeat. Porrò ſtatuto veteri Pictonum iamdiu abrogato ſancitum erat, vt quia ſecundum id ſtatutum quarta pars totius hæreditatis nobilis omnibus ſimul filiabus tribuebatur: ſi vna ex illis ſuperſtitibus patre & matre accepta dote nupſiſſet: quod illi doti dictum eſſet, in eã quartam partem id eſſe alteri filiæ poſt patris mortem ſuperſtiti imputãdum: & ad repletionem eius quartæ partis accedere, ſi modò quid datum fuerat antiqui & auiti patrimonii. At ſi ex mobilibus, aut rebus per patrem acquiſitis erat, res filiæ matrimonio copulatæ data, in quartam partem illam minimè cedebat: ſed nihilominus filia ſuperſtes, quæ ad patris ſucceſsionem admittebatur, integram quartam accipiebat: Sed quoniam

Filia ex ſtatuto à ſucceſſione excluſa an faciat partem quantum ad fratres aut ſorores parentibus ſuccedẽtes pertinet.

niam ſtatutis nouè conditis quidquam ea de re non eſſet conſtitutum, diſceptatio ad iuris ſcripti regulas exiſtimata eſt pertinere.

Primogenitus ergo ad ſuas partes aduocabat Pet. Iacob. in titu. de condic. ex l. omnimodo ex teſtamento cumulata. in quæſtio. quę incipit, ſed quid erit. filius (inquit enim) qui paternæ ſucceſsioni renũciauit, partem facit: adeò, vt hæres vniuerſalis eius partem retineat propter pacti illius, ſeu renũciationis iureiurando roboratæ exceptionẽ. Quin & Guid. Pap. in deciſionib. Gratia. quæſtio. ccxcv. adducebat, quod ſecundum Petri Iacob. ſententiam à ſuprema Gratiano. curia iudicatum eſſet. Neque ipſe deficiebatur Baldi authoritate. Nam in dicto §. ſi Titio. affirmat filiam à ſtatuto excluſam, facere cũ maſculis partem. Sed & ex Bald. in dicto §. ſi Titio. afferebat ſpeciem huic proximam. Quippe filius inſtitutus fuerat, & filia dotata à ſucceſsione fuerat ſecluſa ex ſtatuto maſculis extãtibus: rogatus autem fuerat filius de ſextante loco cuidam pio reſtituẽdo. Filius quidẽ hæres à loco pio conuenitur, vt ſextãtem reddat: vult autem filius ex ſextante legitimam (prout ſibi licet) detrahere: atque eam aſſerit eſſe tertiam totius. At locus pius negat filium poſſe tertiam totius deducere, ſed tertiam dimidiæ ſolummodo: quia ſcilicet duo erant liberi, filius nimirum, & filia: int

lia: inter quos tertia erat diuidenda. Filius verò ait ſororem in ea legitima non facere partem, ſiquidem ad ſucceſsionem nõ admitteretur: locus autem pius contendit filiam in totum à ſucceſsione non ſubmotam fuiſſe: ſed centum dotis nomine conſequutam. Proinde idem iuris non eſſe, ac ſi fuiſſet mortua, vel exhæredata, itaque eam facere partem. Reſiſtebat verò filius: ac ſororem in legitima facere partẽ inficiabatur: propterea quòd non iure ſucceſsionis & vniuerſali, ſed ſingulari ea centum habuerit. Bald. tamẽ pro loco pio reſpondit. E diuerſo minores natu ſe tuebantur, quòd Bartol. in l. pater filium. nu. ij. ff. de inoffic. teſta. tradit excluſos quantum ad conſequendum hæreditatis effectum pertineat, ſequentibus non nocere, nec eos facere partem. Deinde Angel. in l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoffi. teſta. Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. in dicto. §. ſi Titio. confirmant, vbi extantibus maſculis filia dotata ex ſtatuto non ſuccedit, debere eius dotem de medio deduci, tanquam æs alienum, perinde ac ſi non eſſet in rerũ natura: quoniam ea partem non facit. Reprehendunt quoque Bald. in dicto §. Vnde ipſe Bald. ſibi contrarius ibi ſcribit, eam filiam pro mortua haberi, nec facere partem cum maſculis. Sed & ipſe Guido Pap. in quæſtion. ſuprà citata antequam ſupraſcriptum curię Gratianopo.

iudiciumreferat,ait:filium qui paternæ ſucceſsioni renunciarit: inter liberos non numerari, nec cum iis partem facere in legitima,ſicut nec exhæredatum, & cenſeri mortuum.per text.in l.j.§.ſi pater.ff.de coniungend.cum emancipat.liber. Sed ſecundum priorem opinionem in ſuprema Burdegal. curia iudicatum aſſerit Boer. in deciſ. eiuſdem curiæ,quæſtio.ciij.eámque ſententiam frequentiore calculo fuiſſe comprobatam: cùm filii ſunt ſucceſsionis capaces, vt puta filia quæ dote accepta à ſucceſsione excluditur per ſtatutum,alioqui ad ſuccedendum idonea. Aliud autem,ſi ſuccedendi iure poteſtatéque deficiatur,veluti monachi: qui ex moribus noſtris à ſuccedendo repelluntur, poſtquam monaſticam religionẽ ſunt profeſsi:quoniam hi nullam omnino partem faciunt,vt tradit Angel.in authen. nouiſsima. C.de inoffi.teſta.

Pœnæ pecuniariæ exploſæ.

Pœnæ pecuniariæ iure ciuili introductæ: moribus Galliæ antiquatæ.

POenæ pecuniariæ iure ciuili introductæ ab vſu noſtro forenſi in tota pene Gallia exploſæ ſunt. Quod cùm iure pontificio quodammodo cõgruit. Nam pœnarum exactionẽ(quæ in re pecuniaria verſantur) ſiue ex contractu,ſiue ex delicto interdicit,perſonis vtique eccleſiaſticis, vt probat text.in c.ſuam.

c.suam.de pœnis.in antiq. Summus enim põtifex ibi prohibet,ne antistes quidam pœnã triginta librarum, quam ob non solutam ad diem constitutum pecuniam dari conuenerat,reposcat. Rursus in c. fraternitas. xij. q. ij. vetat:vt à fure pro rebus ab ecclesia ablatis Præsul pœnam non exigat: sed sola rerũ ablatarum restitutione sit contentus. Proinde dupli,tripli, quadrupli pœnę hodie apud nos pro furto non infliguntur,sed rei furto substractæ restitutio, vnà cum pecuniaria quadã multa arbitrio iudicis æstimanda,tum læsæ personæ, tum fisco adiudicatur. Nonnunquam quoque fur cędendus fustibus,aut auricularum amputatione mutilandus decernitur. Præterea,si quis rei immobilis possessione alium vi deiiciat, deiectus in possessionem solummodo restituitur, nec tantùm aduersario dare compellitur, quanti res valebat ablata, sed pro iudicis nutu multa pecuniaria plectitur: quæ damno ex spoliatione accepto par sit sarciendo. Id autem dissidet à l. si quis in tantam.C. vnde vi. Itidem desita est pœna l. extat. ff. de eo quod met. causa. qua ex edicto Diui Marci Imperatoris, qui rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipso sibi spontè datam, sine vllo iudice temerè possidere, vel accepisse,isq; ius sibi in eam rem dixisse comperitur, ius crediti non habebit. Obseruatur autem l. j. & ij.

Pœna ob non solutam pecuniam constituta improbatur.

Pœna quoque dupli, tripli, quadrupli improbata est.

Pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi. abrogata.

Pœna l. extat. ff. de eo quod metus causa. antiquata est.

C. quando lic. vnicuique ſine iudic. ſe vindic. & ob publicam deuotio. reſide. vt nocturnum agrorum depopulatorem, aut obſeſſorem publicorum itinerum permittatur digno illico ſupplicio ſubiugare: & mortem, quàm aliis minabatur, illi inferre. Idem quoque iuris eſt aduerſus militiæ deſertorem. Nam conſtitutione Franciſci hoc nomine primi Gallorum regis ſpecialiter in hanc rē aduerſus diurnos agrorum populatores etiā ſancitū eſt, vt ſi plures quàm quatuor abſq; publica commeatus authoritate in villis, vel pagis, vel vrbibus diuerſentur, nec pecuniā, quā pro alimentis expenderint: iis qui illos hoſpitio exceperint, numerēt, liceat populo in eos coacta hominū turba, & vi armata ſæuire, eóſque dedere internecioni, impunitate vtique propoſita.

Pœna in agrorum populatores.

Adhæc pœna dupli contra negantem ex lege Aquilia, qua de traditur in l. cōtra negā tē. C. ad leg. Aquil. nec nō cōtra propriā ſcripturā, vel chirographū inficiantē antiquata eſt. Cōſimiliter pœna l. ij. C. de iure emphi. qua emphiteuta eccleſiæ biēnio, priuati autē emphiteuta triēnio, ſi mercedē, vel penſionē diſtulerit præſtare, vel publicarum functionum, quas pro re emphiteutica erogarit, apochas reddere, à re emphiteutica deiici, & repelli poterat. Nam hodie id nobis nequaquam conceditur, ſiue quia pœnis huiuſmodi abhor

Pœna l. Aquiliæ exoleuit.

Pœna contra negantē ſuā ſcripturam antiquata eſt.

Pœna ob emphiteuticum canonem non ſolutum ſublata eſt.

di abhorremus, & in desuetudinē apud nos abierunt: & per contrarium vsum abrogatæ sunt eius generis pœnæ: vt testatur Boer. in decisionib. Burdegal. q. cxij. ad finem. siue quia pauci emphiteutici contractus conficiuntur. Nam plerunque cùm fundus ea lege in alterum transfertur, vt annuam pecuniam domino repræsentet, nullas pecunias præbere in ipsa contractus confectione is solet, qui fundum accipit. Quapropter vt id nominatim inter contrahentes conuenerit, oportet: vt eam liceat pœnam exercere. Hęc autem moribus nostris vnica pœna admissa est: vt si à vectigalis annui clientelaris (quem nos reditum annuum feudalem vocamus) solutione cessatum sit: septem solidorum Turonensium, vel dupli eius vectigalis mulcta debitor castigetur. Sanè l. per diuersas. & l. ab Anastasio. C. mandati. abrogatæ sunt. Nā si cui cessa fuerit, exigua data quantitate, aut partim vendita, aut partim donata fuerit actio: is nō modò ad solutæ ipsius vsque quātitatem pecuniæ poterit actionem exercere, sed etiam vsque ad solidū ipsius cessæ actionis nomen, nec solidi condemnationē reus poterit effugere, si datum precium velit refundere. Planè leges rei litigiosæ alienationem vetantes, & pœnam hoc nomine inferentes, quę collocantur sub titulo de litigiosis. ff. & C. & in nouellis Iustiniani constitu-

Contractus emphiteuticus apud Gallos rarus.

Pœna moribus nostris, quæ toleretur.

Pœna l. per diuersas. & l. ab Anastasio C. manda. in desuetudinem iuerunt.

Pœnæ litigiosas res acquirentibus a iure addictæ è foro recessere.

tionibus à foro recesserunt. Nã quis admittitur ad rei litigiosæ persecutionem, substituitúrque in cedentis locum in iudicio ea de re moto: si modò accedat Principis rescriptum, quo iudici (apud quem lis pendet) id præcipitur: Princépsque eam prohibitionem remittit, adiecta duntaxat hac clausula: vt ea mãdet facienda, quamuis res sit litigiosa: quod vtique rescriptum impetranti nolit obesse, sed (quatenus opus sit) veniam eius rei indulgeat: id est, ab eo vitio releuet impetrantem. Nec te continuò existimare velim, id Principis rescriptum esse approbandum: quo posteaquam apud ordinarium iudicem actio introducta est, ad alium iudicem priuilegio vel scholasticis, vel aliis personis dato litis iam cœptæ cognitio transferatur: vt fusiùs explicatum est in nostrarum institut. forens. libro j. vbi declinatoria fori exceptio eiusmodi personis competens, tractatur.

Pœna negãtis feudum non abrogata.

At pœna negantis rem esse clientelarem, seu feudalem, vt scilicet rem illam amittat, secundum not. in c. vasallus. si de feud. fuer. controuers. inter do. & agna. vasalli. moribus quoque nostris recepta est, etiam apud Pictones, aliásque finitimas Aquitaniæ regiones, in quibus etiam bonorum publicatio non vsurpatur, nisi aduersus eos, qui duobus flagitiis sunt conuicti, nempe læsæ maiestatis diuinæ, veluti hæretici: vel humanæ, sicut ii, qui in

Publicatio bonorũ in Aquitania quibus ex criminibus irrogetur.

qui in Principis necem coniurarunt: Atque id arestis sæpius Lutetiæ pronunciatum est. Itaque cùm nuper quidam inficiatus fuisset se rem clientelarem, vel feudariam ab alio posside re, & à clientelari manus iniectione appellasset apud superiorem: vt tueretur appellationem, tantum inficiatus est, rem esse clientelarem. Patronus autem contra asseruit, & postulauit, vt ob inficiationem, res ea in suum dominiũ transferretur. Iudex quidem inficialiter litem constituit, à quo patronus appellauit, vicítque prouocationis causam apud supremum Paris. Senatum. Statutum est tamen, vt intra sex hebdomadas cliens agnosceret, vel inficiaretur rem controuersam à patrono possidere: alioqui ea die pręterita res ipsi patrono cõmitteretur. eiúsque fieret. Verùm non satis perspicere possum, qua ratione perperam iudicatum fuisse pronunciauit Curia: cùm iudex à quo appellatum erat, nil aliud posset decernere, quàm vt litis status inficialiter constitueretur: & litigantes vtrinque asserta probarent. Non enim prius reum in fidem actori debitam secus admisisse potuit liquere: quã probatum esset, rem esse actori nexu clientelæ mancipatam. Hæc tamen pœna non habet locum in emphiteuta negante rem esse emphiteuticam. Nam leges pœnales ad casus non expressos non debent trahi, gloss. in §.

ex maleficiis.inſtit.de actio.Bald.in c.vaſallus.ſi de feud.fue.controuerſ.inter domi.& agna.vaſal.atq; hoc nominatim affirmat Bal. in dicto c.vaſallus.& tradit Iaſ.in l.ij.nume. 86.C.de iure emphit. vbi reprehendit Specu.ſententiam in tit. de emphit. verſicu.lxv. quòd leges ab ipſo Specul.citatæ ſolummodo de poſſeſsionis amiſsione ſanciant,vt puta l.vlti.C.de rei vendic.Sed & opus eſt, vt vaſallus ſciens per dolum & latam culpam neget: vt probat text. in dicto c. vaſallus.& ibi Baldus.

Emphiteuta negans rem emphiteuticã an emphiteuſi priuetur?

Principaliter quod ſit, attenditur.

PRincipaliter quod fit,inſpicitur, non autem quod conſequenter.Nam ſi quis exceptione perpetua tutus ſoluerit indebitum: condicere poteſt,ſi modò exceptio illa ſit fauorabilis:& ſi odioſa ſit, repetere nequit: vt puta,ſi mulier quæ Senatuſconſulti Velleiani ope ſe tueri poterat, ſoluerit, repetet. Quòd ſi filiusfamil.exceptione Senatuſconſul. Macedo.tutus paterfami.factus ſoluerit, non repetet. l.qui exceptionem. ff. de condict.indeb. Vt autem dignoſcatur, an ſit fauorabilis exceptio, nécne : perpendi debet, an eius,cum quo agitur, cauſa detur : vt tum fauorabilis iudicetur:an autem eius, cui debetur,cauſa tribuatur: vt in hac ſpecie cenſeatur

Exceptio Senatus conſulti Velleiani fauorabilis, Macedoniani autem odioſa.

Quomodo dignoſcitur,an fauorabilis,

ſeatur odioſa. Veluti, exceptio Senatuſconſulti Velleia. mulieris aduerſus quam agitur, gratia datur. Senatuſconſulti verò Macedoniani exceptio creditoris, qui experitur, & cui debetur, reſpectu præſtatur: in quo non tam ipſius creditoris, quàm filiifamiliâs mutuo accipientis odium conſideratur. Quapropter quod principaliter fit, attenditur: nempe filiifamiliâs mutuo accipiẽtis odiũ: non quod conſequenter, nimirũ mala fides, vel dolus creditoris. Nam cùm mulier pro alio intercedit: vel cum filiofa. mutuum datur: vtrobique dolus verſatur creditoris. Verùm vbi filiofa. creditur mutua pecunia, magis odioſus eſt filiusfa. quàm creditor: quòd lex vereatur, ne in patris necem aliquid moliatur. Itaque ſi creditum ſoluat: non poteſt ſolutum condicere. Porrò axioma hoc, vt quod principaliter fiat, attẽdatur: non quod conſequenter, ad aliam facti ſpeciem traducit Philip. Decius conſil. xxxj. in vlti. col. in prima conſiliorum parte: vbi Alexan. Imol. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. refert aſſerere, vt ſi quis velit hæreditatem ſuam fratribus ſuis accreſcere: hócque licet ſit inſtar cuiuſdam de futura ſucceſsione pactionis, quantum ad fratres pertinet: tamen hoc pactum magis de non ſuccedendo intelligitur factum: quoniam magis attenditur, id quod principaliter fit, quàm quod ex conſequent

an verò odioſa ſit exceptio.

Pactum vt hæreditas alicuius ſuis fratribus accreſcat, an valeat?

ſequentia in aliorum fratrum vtilitatem ce-
dat: citátque in argumentum l. ſi quis nec
cauſam.ff.ſi.cert.peta.

Pœna conuentionalis, quando peti poßit.

POena ex cõtractu, & præſertim ex tranſa-
ctione cõuentionalis peti poteſt: ſi adie-
cta ſit facto, & non dationi quantitatis, vt
no.in l.cùm allegas.C.de vſur.& in c.ſuam.
de pœnis.& in c.cùm dilecti.de arbit.in an-
tiq.& in l. ſi quis maior. C. de tranſact. & l.
Lucius.ff.de act.emp.& vſque ad quadruplũ
exigitur, vt not.in l.vnica.C.de ſen.quæ pro
eo quod intereſt. Nec verò obſtant not.in
c.ij.de iudic.quia ibi nihil de pœna conuen
tionali agitur. Tum iſthic de ſententia Iu-
dæorum in Chriſtianos prohibenda tracta-
tur. Sed nec illud officit, quod pœna vltra,
quàm interſit, non poſsit condici: quoniam
vt contrahẽtes ab onere probãdi eius, quod
intereſt, leuentur, pœnam certæ pecuniæ
adiiciunt: nec habetur eius quod intereſt ra
tio, ſed quanta dicta eſt pœna, tanta poteſt
exigi.§.vlti.inſtitu.de verbo.oblig.& l.ij.§.
item ſi in facto.ff.de verbor.obliga.& l.cùm
pœna.& l.ſi quis rem.ff.de arbitr. Quæſtio
itaque ex facto tractata eſt apud ſupremam
Pariſ

Parisſ.curiam. Cùm hæredes quidam ſuper pluribus cõtrouerſiis ex hæreditate inter ſe ortis tranſegiſſent,atque vt intra certam diẽ prædia hæreditaria conſtitutis portionibus diuiderentur,fuiſſet conuẽtum,pœna centũ aureorum aduerſus eum, per quem ſtaret, quominus ea fieret diuiſio adiecta: atque vnus ex iis refragatus fuiſſet diuiſioni,ideóque in ius vocatus familiæ erciſcundæ, & vt pœna in eum commiſſa pronunciaretur, vſq; ad ſententiam perſtitit: qua tandem ſtatutũ eſt, prædia hæreditaria ſecũdum tranſactionis placitum diuiſa iri: à qua ille prouocauit: ſed poſtea apud ſupremam Curiam ſententiæ acquieuit. Aduerſarius autem libellum Curiæ obtulit, vt pœnam centum aureorum condictã incurriſſe declararetur: propterea quòd tranſactioni non paruiſſet ob impeditam diuiſionem: cuius quidem impedimenti compertus fuiſſet author: cùm ſententiæ de diuidẽda hæreditate latæ poſt appellationem interpoſitã acquieuiſſet. Alter ex diuerſo ſe iure diuiſionem recuſaſſe cauſabatur: quia legitimã in iudicio ſtandi perſonã cohæres non haberet, propterea quòd eſſet annis xxv. minor, nec ei in litem datus erat curator. Proinde arbitri, ſeu cõmiſſarii familiæ erciſcundæ dati non poterant diuiſionem exequi. Deinde eam pœnam à iure improbatam, vt not. in c. ſuam. de pœnis. in

antiq

antiq.præſertim,quia eius, quod intereſſet, quadruplum ſupergrederetur. Curia tamen pœnam pronunciauit commiſſam. Quippe debuerat reus coram arbitris conteſtari: ſe nolle diuiſionem remorari, ita tamen, vt priuſquam arbitri ad eam pergerent, illi cohæredi daretur in rē diuiſionis curator: nec ita ſimpliciter impedire, quin arbitri partirentur hæreditatem. Mihi ſanè iamdiu innotuit, quòd cùm ſuper controuerſiis multis de tuendo in æde ſacra dignitatis ordine agitatis tranſactionem iniſſent viri nobiles aliqui: vnus autem recepiſſet ſe curaturum tranſactionem ab vxore ſua ratam haberi:pactíque eſſent mille francicorum pœnam in eum, qui tranſactioni non ſtetiſſet: & quoniam ille vxoris ratihabitionem non præſtitiſſet,in ius eſt appellitatus: vt eam pœnam dependeret:atque lite pendente (propterea quòd publico inſtrumēto obligatus eſſet)eā quātitatem publicè obſignaret apud actorē, fideiuſſoribus de ea (ſi ita tandem ſtatutum foret)reſtituēda præſtitis damnaretur. Reus exceptionibus iis vſus eſt, quia nullo modo potuiſſet ab vxore ratihabitionem illam extundere. Deinde quòd ea pecunia immodica eſſet, iuſtúmq; eius,quod intererat,finem decuplo exuperaret. Verùm actor quantum ad pœnæ obſignationem pertineret, vicit. Reus verò ad ſupremam Curiam prouocauit,quæ

uit: quæ lite in consilium intimum missa, iudicatum appellationémque rescidit, appellantémque, quanti ex æquo interesset actoris, condemnauit. Simile verò arestum eiusdem Curiæ refert Do. Petr. Rebuff. in comment. constitu. regiarum priore tomo, charta 333. quo constitutum fuit, vt qui condictā centum aureorum pœnam, nisi intra duos menses fideiussores liberasset, pręstare fuisset à iudice condemnatus: reformata sententia, Curia decreuit, vt quanti fideiussoris interesset, solummodo sarciret: ac intra alios duos menses fideiussores nexu exolueret: alioqui dāna ob id accepta refunderet: quæ ad eam vsque centum aureorum summā est moderata. Scimus autem, cùm similis controuersia apud eandem Curiam fuisset suborta, insignes causidicos quosdam litis patrocinium noluisse suscipere: & ideo appellātem acquieuisse sententiæ: qua consimilem fideiussori pœnam soluere iussus erat, quamuis aresti illius præiudiciū ipsis laudaretur: quia assererent contrarium nuper in simili disceptatione fuisse prolatum arestū. In quo cardine stat res nostra forensis. Atque iis suffragantur, quæ tradit Alexan. Imol. in consi. xlv. xlvj. & xlvij. In quo quidem xlvij. adducit Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cle. & Pet. Anchara. in c. penult. de testa. affirmare pœnas iure poli, & diuiniori

niori(quod forum conſcientiæ vocant)non deberi:per glo.in c.fraternitas.xii.q.ij. Itaque ait iudici cauendum, ne aliter iudicet: quoniam prohibere quiſque debet, ne per proximum committatur peccatũ.c.ipſa pietas.xxiij.q.iiij.Tum facientis culpam habet: qui cùm poſsit,negligit corrigere. cano. facientis 86.diſtinct.

Pœna pecuniaria.

Pœna pecuniaria exigua nõ debet in corporalem commutari.

POena pecuniaria, quamuis ex delicto ſit irrogata, ſi modica ſit: nempe vſque ad duos aureos, non debet in corporalem cõmutari, vt tradit Bald.in l.quicunque. C. de ſeruis fugit. nec pro ea debet condemnatus diutius carcere detineri:prout refert, & ſequitur Do.Boer.in deciſ.Burdegal.curię.q. cccxlix.nume.7. & 11. in fi.vbi ita ab eadem Curia iudicatum fuiſſe commemorat. Idem paulò ante ibidem ait,reum hunc permittendum iuratoriæ ſuæ cautioni, de pœna illa (ſi ad pinguiorẽ fortunã peruenerit)exoluẽda.

Plures vbi ex delicto inſolidum condemnati ſunt,an ſi vnus ſolidum ſoluerit,poßit ab alijs partẽ exigere.

PLures vbi ex delicto inſolidum condemnati ſunt,quamuis ſi alter ex his integram ſummam perſoluerit: non habeat is exceptionem cedendarum actionum, nec etiam ius agendi aduerſus eum,cui ſoluerit: vt illi ius exigendi ab aliis condẽnatis portionem

ad eos

ad eos pertinentem cedat, vt probat text. in l.j.§.planè.ff. de tute.& rat. distrah.in verb. illis. quæ res indignum eum fecit, vt à cæteris quid doli participibus cõsequeretur: nec enim vlla societas est maleficiorum, vel iusta communicatio damni ex maleficio: atque id nominatim tradit Barto.in l.Modestinus.ff. de solut. tamen cùm duo ob temerariã accusationem quandam pecunię quantitatẽ fisco, nécnon accusato dependere insolidum supremæ Paris. curiæ aresto fuissent condẽnati: altérque qui totam exoluisset, apud Curiam eandem alterum condemnatum conuenisset, vt æquam portionem pecunię illius ipsi refunderet: reus autem eas excipiendo adduxisset causas, nihilominus eiusdem Curiæ iudicio dimidiam illius pecuniæ partem reddere actori damnatus est, vnà cum litis sumptibus. Quod ea ratione iudicatum arbitror, ne reus cum aliena iactura locupletaretur: & quia negotium commune actor vtiliter gesſit, integram quantitatem erogando, negotiorum gestorũ actione potuit ex æquo & bono à reo partem exigere: vt probat tex. in l.nam & Seruius.ff.de nego.gest. Vbi cùm tres à Lusitanis capti fuissent: & vnus ex iis fuisset dimissus, vt pecuniam pro omnibus redimendis pactam repręsentaret, is autem ad diem constitutã non rediisset: cæteri verò duo ob eam causam integrã summã coa-

cti fuissent soluere : ii à tertio eius pecuniæ portionem recuperarunt. Tum soluendo pro alio inuito & ignorante quisque eum liberat. l. soluendo. ff. de nego. gest. igitur cùm in hac specie condemnatum alterum liberasset alterius solutio, neq; id eo prohibente fecisset, tenetur liberatus negotiorum gestorum iudicio. l. vlti. C. de nego. gest.

Periurium infamiam an irroget?

Periurium an infamiam irroget sequuta eius declaratione.

PEriurium infamiam non irrogat, quamuis sequuta fuerit super eius declaratione sententia. Proinde cùm vrbis Parisiensis Præfectus quandam tondendorũ lanæ pannorum artificis electionẽ infirmasset, propterea quòd electus ille iureiurãdo adactus an aliquando bonis cessisset, coram eodum Præfecto in disceptatione litis super ea electione motæ, illam bonorum cessionem fuerat inficiatus, posteaquàm aduersarius monumentis publicis de hac bonorũ cessione docuisset, ab ea quidem sententia electus is appellauit, & superior euasit supremæ Paris. curiæ iudicio, die 13. Septemb. 1543. Cùm remissum fuisset solenne iustitium, quod ob vindemias indici solet. Periurus enim non efficitur infamis: siquidem in eorum numero, qui

ro, qui in infamiam incidunt, non recitatur in l.ij ff.de iis qui not. infa. & tradit nominatim gloss. in l. Lucius. ff. eod. titu. si quis super re præteriti, vel præsentis tẽporis peieret, infamiam non incurrere. Sed Alciat. in l. si quis maior. C. de transactio. ait, in eo qui transactioni à se celebratæ cõtrauenit, specialiter constitutum, ea leg. fuisse, vt infamię subiiciatur, ac etiam sententiam tum interuenire declaratoriam oportere: secundum no. in c. cùm secundum. de hæretic. lib. vj. Forsan enim ex iusta causa aduersus transactionem fecit: vt puta, quia aduersarius prior fidem fregit. l. cùm proponas. C. de pact. Itaq; cùm periurium in huius aresti specie super re præterita admissum fuisset, infamiam nõ inussit. Igitur ab artificii illius professione repellere eum iudex non potuit: etsi dignitas fuisset. l. quoties. C. de digni. lib. xij. præsertim, quia cessio bonorum (vt pote, quòd iuris sit beneficium) infamia non afficiat. l. j. ff. de cess. bono. Plectitur tamen iudicis arbitrio periurus, vel multa pecuniaria, atque nonnunquam simul honoraria, vt in locis istis traditur.

Cessio bonorũ infamiam nõ infert.

* *
*

Qualitas.

Qualitas verbo adiecta, quando ſecundum tempus verbi determinatur.

QValitas verbo adiecta, determinatur ſecũdum tempus verbi. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxal. actio. Nam cùm noxalis actio ita ſolummodo competat in dominum, ſi eo neſciente ſeruus damnum dederit, exigitur: vt is ſciat, qui tum dominus ſit, cùm ſeruus damnũ dat, vt non liberetur ſeruũ noxæ dedendo. Itaq; ſi ſeruus damnum dederit, & poſtea à quopiam fuerit emptus: licet cùm damnum daretur, emptor id ſciuerit: noxæ ſeruum dedendo immunis erit. Alioqui, ſi emptor tum fuiſſet dominus, cùm damnum dari ſciuiſſet: noxæ dedendo non liberaretur. Sic qui antequam miles fieret teſtamentum condidit, & poſtea miles factus deceſsit: niſi ipſe in militia conſtitutus, id teſtamentum valere velle declarauerit, non valet id teſtamentũ, tanquam à milite factum. l. Titius. ff. de mili. teſta. Atque id accipiendum eſt, cùm qualitas adiecta verbo ad primariam actus diſpoſitionem refertur. Aliter atque ſi qualitas ad aliud referatur ex præſumpta diſponentis voluntate. Non enim tantummodo qualitas tum

tum determinatur secundum verbi tempus, sed etiã si qualitas desinat, permanet actus: vt puta, si alimenta puero, vel puellæ relinquantur: hæ dictiones, puer, & puella, qualitatem significant: igitur satis est, si cùm testamentum conderetur quibus alimenta legata essent, ii puer essent & puella. Sed & si postea desinant puer & puella esse, non tamen caduca forent, & irrita alimentorum legata, vt probat text. in l. mella. in princi. ff. de alimen. & ciba. legat. Item nisi ex eo absurdum sequeretur, quod desinente qualitate actus consisteret: vt in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. substitu. Quamuis enim isthic Princeps permiserit patri, vt filio muto substitueret: eatenus tamen censetur Princeps id tribuere voluisse, quatenus filius eius in ea valetudine perseuerasset. Nam aut patrẽ, aut Principem de hoc casu cogitasse non est verisimile: vt eum, qui postea nasceretur, exhæredaret. Porrò necessarium est qualitatem eo tempore adesse, quo effectum & robur capit dispositio. l. ij. ff. de auro & argen. lega. Quæ enim vxoris causa parata erunt, ibi legauit testator. At verbum, parata erunt, est futuri tẽporis. Itaque cùm ea qualitas vxoris veniat ad eius verbi determinationem: dispositióque non nisi à tempore mortis sumat vires, requiritur, vt tempore mortis sit vxor, quò legatũ consequatur. Cõsimili ratione verba

An si qualitas desinat, actus pereat?

Absurdi vel iniqui ratio inspicienda.

Qualitas tum debet adesse, cum actus antea gestus robur sumere incipit.

illa, ſi deceſſerit ſine liberis, intelliguntur, vt nulli liberi tempore mortis ſuperſint. l. ex facto. § . ſi quis autem. ff. ad Trebel. Cæterùm, ſi qualitas adiecta ſit ad determinandum, ſeu limitandum quoddam verbum à principali diſpoſitione ſaparatum, ſufficit illam qualitatem ſemel exiſtere, licet poſtea deſinat: veluti, ſi quis ita dixerit: Quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo impuberi hæres eſto: ſatis eſt, ſi hæres quandoq; fuerit, etiam ſi hæres eſſe deſierit, cùm filius moritur. Atqui, ne dubitetur, an qui hæres fuit: poſsit deſinere eſſe hæres: id profectò poteſt contingere ex cauſa, quæ pro parte de inofficioſo teſtamento mota eſt: victúſque hæres fuit. l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. Verùm & hoc caſu vitãdum eſt, ne quid abſurdi, aut iniqui inſit. Nam abſurdi, vel iniqui ratio ſententiam mutat: vt exigatur, non ſolùm extitiſſe ſemel, ſed etiam perſeuerare qualitatem: vt puta, ſi quis cùm filios duos haberet Caium puberem, & Lucium impuberẽ: ita filio ſubſtituiſſet: Si Lucius filius meus impubes deceſſerit, neq; Caius etiam filius meus hæres erit, tunc Seius hæres eſto. Nã in hac ſpecie ad impuberis mortem conditio ſubſtitutionis eſt referenda. Itaque oportet, vt tempore mortis filii impuberis Caius non ſit teſtatoris hæres, vt ſubſtitutioni fiat locus: ne extraneũ filio pater videatur prætuliſſe:

Quando qualitas verbum à principali diſpoſitione ſeparatum limitat, ſufficiát ne qualitatem ſemel exiſtere, nec perſeuerare.

Vbi qualitatis perſeueratio ſit neceſſaria.

tulisse: quod quidem absurdum iuxta & iniquum est:atque ἀπὸ τῆς ςόργης alienũ,vt not. in l.cũ acutissimi.C.de fideic.&in l.cũ auus. ff.de condi.& demonstra. E diuerso, si quis hæredibus institutis filiis vtriusq; sexus,singulos rogarit, vt qui sine liberis decederet, partem suam hæreditatis sorori fratríue restitueret:aut si frater sorórue non esset,matri suæ:& hæc verba adiecerit: Vósque liberi charissimi hoc fideicommisso teneri inuicẽ volo, donec liberos binos sustuleritis: & postea vter ex liberis duos filios procreauerit,quamuis eos decedens non reliquerit superstites,hæredes eius fideicommissum nõ debent. Conditio igitur de liberis non requirit liberos mortis tẽpore superesse.Qualitas quoque adiecta participio ad eius tempus referri debet,sicut ea quæ verbo adiiciitur,vt probat text.in dicta l.Titius.ff.de milit.testa.Atque hæc tradit Bart.in dicta l. ex facto.ff.de vulg. Breuiùs quidem,sed nõ ita fortaſsis perſpicuè: affirmátque multas ex iis dirimi posse quæstiones. Quarũ nõnullæ sunt à Ias.disputatæ in l. in substitutione. ff. de vulga. & pupil.substitu. Veluti,si testator instituit filiũ:& si sine liberis moriatur, substituit Semproniũ:filius postea liberos procrearit, qui tamen mortui sunt: an excludi substitutus debeat? Et quidẽ Ias. ipse refert Old.Ioan.Andr.& Paul.Castren.placuisse,

ſubſtitutum non eſſe admittendum. Verùm ipſe Iaſ. ita cenſet diſtinguendũ: Aut mortis tempore ſupererant liberi, & poſtea mortem obierunt, tunc perpetuò repellitur ſubſtitutus. l. filiusfa. §. cùm quis. ff. de legat. j. & l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Aut verò liberi ante mortem patris vita exceſſerunt, & ſubſtitutus admittitur: quoniam iſta conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, terminum mortis inſtantaneum reſpicit: qui nõ habet tractum, nec durationem, vt ait Bartol. in l. j. §. creditum. ff. ſi cert. pet. Vnde Bald. in c. j. §. cùm etiam. tit. epiſco. vel abba. in vſib. feu. affirmat filiam à ſucceſsione ex ſtatuto excluſam maſculis ſuperſtitibus, ſi maſculi naſcentur: quãuis poſtea moriantur, excluſam permanere. Sic Cyn. & Bald. in l. vlti. C. de hæred. inſtitu. aſſerunt, ſi Rex oppidum donauerit militi, ita vt ſi ſine liberis motiatur, illud ad ipſum regem reuertatur: miles verò mortuus eſt nato ſibi filio: qui quidem filius abſque liberis poſt deceſsit: oppidum non redire ad regis dominiũ. Sed Saly. & Alexã. in authent. ſed ſi quis. C. de ſecund. nup. cõtrà exiſtimarunt. Quibus nos quoque ſuſcribimus. Cùm enim donantis mens ſit potiſſimùm inſpicienda. l. ſi vnum ex familia. §. ſi omiſſa. ff. de legat. ij. Conſtat autem ex verbis donationis regẽ ſibi liberos donatarii voluiſſe præferre: & rurſus ſibi ipſi quis malle, quàm

Quando cõditio terminum aliquem inſtãtaneũ, vel ſucceſsiuum & durabilem reſpiciat.

Arx donata à Rege militi, vt ſi miles ſine liberis deceſſerit, arx ad Regem redeat an ſufficiat liberos militi fuiſſe ſuperſtites, vt arx ad Regem non reuertatur.

quàm alteri (nisi contrà euidẽter appareat) censeatur, tum prouisio facta in vno casu, ad alium similem extenditur: vt nota. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthu. igitur quoquo tempore liberi deficiant, oppidum, vel arx donata ad Regem redire debet. Et in hanc descendit sententiam Andr. Barbat. in addit. ad Bald. in dicta l. vlti. C. de hæred. instituen. Refértque Bart. ita respondisse in consilio incipiente, Andr.

* * *

Ratihabitio donationis.

Donatio facta absenti non potest mortuo donatore rata haberi per donatarium.

RAtihabitio donationis, seu alterius concessionis absenti factæ nõ potest, eo qui donauit defuncto, effici. Ant. à Butrio. in c. vlti. vj. colum. de confes. & Ioã. Imol. ibidem: qui ad hoc citat c. vlti. de success. ab intesta. in antiq. Atque ita respond. Alexã. Imol. in consil. xxiiij. in v. volu. Id probat tex. in l. si ego. §. si res alicui. ff. de iure do. Nam si res alicui tradidero, vt nuptiis sequutis dotis efficiantur, & ante nuptias decessero: an sequutis nuptiis dotis esse incipiant. Et vereor ne non possint in dominio eius effici, cui datæ sunt. Et quia post mortem incipiat dominium discedere ab eo qui dedit. Et quia pendet donatio in diem nuptiarum: & cùm conditio nuptiarum sequitur, iam hæredis dominiũ est, à quo discedere non posse rerum dominiũ inuito eo fatendum est. Sed benigniùs est fauore dotium necessitatem imponi hæredi consentire ei, quod defunctus fecit: aut si distulerit, vel absit, etiam nolente, vel absente eo dominium ad maritum ipso iure transferri: ne mulier indotata sit. Itaque cùm id

dotis

dotis fauore introductum sit, in contrarium est ius commune. Igitur posteaquàm res donatæ ampliùs penes donatarium non sunt, donatio vires non potest recipere: sed post mortem donatarii, eius hæres eam potest ratam habere: vt probat text. in l. sed si fine. ff. rem rat. habe. & suprà in verbo, donatio. latiùs explicuimus. Differentiæ autẽ ratio potest hæc esse. Nam in priore casu cùm iam donatæ res apud hæredem sunt donatoris defuncti, ita vt res hæredis potiùs, quàm defuncti esse censeatur: vt not. in l. Paulus respond. ff. de acquirẽ. hæred. meritò non potest tum rata donatio à donatario haberi. At in specie posteriori, quoniam res apud eundem adhuc sunt donatorem: nec in iis rebus tertiæ cuipiam personæ ius est quæsitum, potest hæres donatarii ratam habere donationem: maximè, si rei ad hæredes transmissibilis fuerit facta donatio, vt asserit nominatim Barto. in l. bonorum. ff. rem rat. habe. & Alexand. Imol. in l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. Quamuis verò aduersetur, quod respondit Bartho. Chassa. cõsil. vij. Ibi enim ait, constitutum non nocere hæredi constituentis: nec impedire in ipsum hæredẽ possessionis continuationem: si cõstituens ante ratihabitionem mortuus fuerit. Priori tamẽ sententiæ, vt pote, quæ iamdiu frequentiore calculo sit comprobata, adhærescas: quam etiam

Quid si hæres donatarij ante donatoris mortem ratam habeat donationem?

Cõstitutũ possessionis trãslatiuum à defuncto factũ, an impediat in hæredem continuari possessionem.

etiam confirmat Do. Andr. Tiraquel. in tra-ᵭa. de cõstit. in ij. parte. 23. amplia. Sed quia nouissimis constit. c. vi^{xx}. xiij. proditum est: vt donatio priùs non valeat, quàm donatarius eam præsentibus notariis receperit, & ratam habuerit: dubitatum est, an si absentibus notariis, præsentibus tamen testibus, ea donationis receptio & ratihabitio gesta fuerit, vires præbeat donationi. Nam verba constitutionis quanquam dura, tamen sunt obseruanda. l. prospexit. ff. qui & à quib. manu. lib. fi. Ideóque cùm nominatim constitutio hanc ratihabitionẽ præsentibus notariis fieri velit: si procul à conspectu notariorum facta sit: non poterit consistere donatio. Rursus testes & instrumenta parem vim in litibus exercendis, & rebus probandis obtinẽt. l. in exercendis. C. de fide instru. Nec statutum est approbandum, quo sit cautum, quid non liceat, præterquàm scriptò probare, nõ etiam testibus, vt not. in c. ij. de proba. Quocirca æquius videretur, vt hæc ratihabitio testibus æquè ac notariis præsentibus facta, robur afferre posit donationi: ne propter nimiam verborum subtilitatem latitudo voluntatis contrahentium impediatur. l. vnica. C. vt act. ab hæred. & contra hæred. incip. Tamen constitutionis regiæ verbis inhærendũ magis puto: præsertim, quòd iam duæ interpretationes super ea constitutione à Princ

Ratihabitio donationis facta, testibus præsentibus, non autem notariis an valeat?

Statutum vt quid scriptò, non testibus posit probari, an valeat?

Latitudo voluntatis contrahentium non debet verborum subtilitate impediri.

Principe emanârunt. Vna vt procurator ſpecialiter datus perinde ratum habere poſſet, ac dominus, quod dubio procul omni ſemper fuit, niſi nodum in ſcirpo (vt dicitur) quærenti. Altera autem, vt ea conſtitutio ad donationes cauſa mortis, vel teſtamento collatas non pertineret, quæ niſi morte confirmantur. Quid enim earum conduceret inſinuatio, cùm in ſingula temporis momenta poſsint reuocari? In iis autem omnibus interpretationibus quidquã de notariis huic ratihabitioni adhibendis non eſt immutatũ.

Ratihabitio re ipſa, & facto.

RAtihabitio acquiſitionis fit per eum, cuius nomine eſt facta, ſi ipſe rei acquiſitæ fructus poſteà percipiat: vt reſpondit Decius conſil. lviij. in j. parte conſil. Non ſolùm enim verbis, ſed etiam facto quis ratum aliquid habere poteſt: vt probat text. in l. nõ tantùm. aliter Paulus. ff. rem rat. habe.

Remiſsionis codicilli intra ſex menſes ſumendi.

Remiſsionis aut veniales codicilli ab impetrationis tẽ

REmiſsio criminis, ſi à Principe fuerit impetrata, ob eius in eam vrbem, cuius carceribus reus detinetur, aduentum regii

& ſplend

pore intra sex menses à scriniis principis debent sumi.

& splendidi apparatus, aut aliter quouis modo obtēta, debet à sacris scriniis ipsius Principis ea forma (quam authēticam vulgò appellamus) sumi intra sex ab impetrationis tēpore menses: alioqui eius effectu & commodo summouebitur reus, vt aresto supremę Parisi.cur. iudicatum est die 23. Iunii. 1518. Nec verò huius remissionis cognitio & approbatio à Principe aliis, quàm regiis iudicibus potest delegari: vt eiusdē Curiæ iudicio statutum est die 7. Augusti 1482. Quin & eius præsidatus regii, in quo reus vel interfecti parentes commorantur, iudici seu præfecto debent hæc venialia rescripta dirigi: quemadmodum alia Principis rescripta iudicibus ordinariis debent destinari, vel refutanda, vel recipiēda, vt Francisci hoc nomine primi constitut. 1539. anno editis. c. clxx. Sanè super crimine supplicium corporale nō exigente, si veniales codicilli nequeunt concedi: & si fuerint indulti, eorum vtilitate carebit impetrans, vt iisdem constitu. c. clxxij. sancitum est.

Quibus iudicibus mandetur venialium codicillorum cognitio & approbatio.

Rescißio permutationis sacerdotiorū apud quem iudicem postulanda.

RESCISSIO permutatiōis super sacerdotiis, vel beneficiis ecclesiasticis factæ coram iudice

iudice ecclesiastico est postulanda, vt illius supremæ Paris. curiæ placito constitutũ fuit die 6. Septembr. 1522.

Recusari iudex, an in causa futura posśit.

RECusari potest iudex in qualibet causa, etiam futura, vt probat textus in l. j. C. si quacunque præd. potesta. & affirmat Bartol. in consil. cv. Sed & procurator sine speciali mandato potest iudicem recusare, vt tradit Specul. tit. de procura. versicu. sed nunquid media causæ. in j. parte oper. Idq; tum maxi mè, cùm dominus longè abest: ac procurator certior esse coniicitur, quàm dominus de su spicionum causis, vt aresto supremæ Paris. curiæ iudicatum habeo cõpertisśimum. At in notoriis iudex non potest recusari, vt copiosè disserit Ludo. Roma. consil. cccxxiiij. Scimus itaque iudicem quendam regiũ cùm recusatus fuisset ex iustis suspicionum causis à clerico quodã, qui vulneris in alterum illati accusabatur, & ab eo medicamentorum, alimentorúmque fiduciaria petebatur erogatio (quã prouisionem vulgò nominamus) nihilominus accusatum fiduciariæ huiúsce præbitionis condemnasse: atque id placuisse nonnullis apud supremam Curiam causidicis non

An à procuratore sine speciali mandato posśit iudex recusari.

cis non vulgaribus. Idem quoque iuris est, vbi mera facti exequutio iudici delegata est, sicut libr.j.c.lvj.in schol.institutionum nostrarum forensium latiùs tractauimus.

Renunciare vsuris, quis censeatur.

Renunciare maioribus vsuris recipiendo minores, an quis cēseatur.

RENUNCIARE quis, & si maioribus vsuris censeatur, si per longum tempus, id est, x.vel xx. annos minores vsuras perceperit. l.qui semisses.ff.de vsur.non ideo tamē cùm decem reditus annui solarii, seu fundiarii deberentur, quinque tantùm per longum tempus soluta sunt, altera quinque temporis præscriptione, vel tacita renunciatione præsumuntur amissa. Nam Bald.& Saly.in l. aduersus.C. de vsuris. affirmant, si ecclesiæ Præsul, cui census nomine tres denarii essent debiti, duos solùm pluribus annis receperit, nullum inde damnū ecclesiæ afferri. Permultum enim inter vsuras & censum interest: quoniam illarum lucrum odio habetur:at census dāno fauetur vitando. Porrò glos.in l.cùm notissimi.§.vlti. tradit non amitti partem reditus annui nō solutam:imò eam conseruari,per l.cùm fidem. C. de non nume.pecu. Partis namq; solutio post quæsitam non numeratæ pecuniæ exceptionem

Reditus annui, vt puta, decē si debeantur: quinque autem longissimo tempore præstentur solummodo, an altera quinque præscriptione amittantur.

facta

facta, gignit residui petitionem. Sed Ioan. Fab. in §. vlti. suprà citato aliter sentit: nimirum, si sciens quis decem annui reditus deberi: quinque tantummodo recipit, nõ præscribuntur quinque altera: quod si ignorans receperit, præscriptione perduntur: citátq; Fab. l. si communem. ff. quẽadmod. ser. amit. Quę quidem mihi videtur parum ad id conducere. Nam prius caput sic habet, si communem fundum ego & pupillus haberemus, licet vterque non vteretur: tamen propter pupillum ego viam retineo. Alterum autem hanc complectitur epitomen. Qui alio, quã quo sibi tempore seruitus debetur, ea vtitur: non vtendo illam amittit. Itaque prior pars nihil adiuuat, posterior verò pars contrà suadet. Quippe cum certo tempore constituta seruitus non vtendo eo tempore amittatur: multomagis quinque non recipiendo, ea perderentur. Specul. verò in titu. de emphiteot. quæstio. xliij. ait quinque non soluta, non fuisse præscriptione amissa. Quin ipse in titul. de præscriptio. versicul. quid si cùm deberem. in eadem tertia parte oper. hanc sententiam, veluti suam, posteriori loco subiungit. Sed contrà prorsus in controuersia quadam insigni apud supremum Burdegal. Senatum fuisse iudicatum non ignoramus: quod & ante Do. Andr. Tiraquell. & ego responderamus: nempe quinque nõ so-

 luta

luta longiſsimi tẽporis præſcriptione amiſſa eſſe: ſecundum Alciat. ſententiam in l. ſi creditores. C. de pact.

Reſcindens & reſciſſorium iudicium, an poßint cumulari?

RΕſcindens & reſciſſorium iudicium moribus noſtris & cumulari poſſunt, & frequentiùs coniungũtur. Nam reſcripto Principis iudici præcipitur: vt contractum reſcindat: eúmque Princeps ipſomet reſcripto facit irritum: iubetúrque inſuper iudex cogere rerũ alienatarum poſſeſſorẽ: vt reſcripti impetratorẽ ſinat liberè rebus vti, fructúſq; eius tẽporis & æſtimationis, prout ius poſtulet, reſtituat: Quod iuri cõmmuni conſentaneũ eſſe tradit Specu. tit. de in integ. reſtitu. §. j. verſicul. Sed nunquid in eodem libello. Illud quoque ſua refert tempeſtate obſeruatum Guid. Pap. in deciſio. Delphi. quæſtio. cxliij. Qua in re nonnullos cauſidicos non mediocri clientum damno fuiſſe hallucinatos, non me præterit: quòd in conficiendo reſcripti huiuſmodi commentario reſcindentis ſolius opem implorassent: nam cùm ſecundum id reſcriptum fuiſſet pronunciatum, à reſciſſorii exordio litem auſpicari alteram clientes coacti fuerunt.

Reuoc

Reuocari ob ingratitudinem, an posſit donatio?

REuocatio donationis ex cauſa ingratitudinis ab hæredibus fieri nõ poteſt. l. vlti. C. de reuoc. dona. in verb. illis: nulla licentia donatoris ſucceſſoribus huiuſmodi querimoniarum primordium inſtituere. Sed ſi defunctus donationem reuocare velle ex iuſtis ingratitudinis cauſis, iiſdémque expreſſis declarauerit, poterit hæres poſtulare: vt donatio irrita, & viribus carere ex iis cauſis pronuncietur: ſicut inofficioſi teſtamenti querela præparata ad hęredes tranſmittitur. Cenſetur autem præparata, ſi defunctus tantum accuſationem fuerit comminatus, vel ſi vſque ad denunciationem, vel libelli dationem proceſſerit. l. poſthumus. §. vlti. & l. ſequenti. ff. de inoffic. teſta. & ita iudicatum vidiſſe teſtatur Guid. Pap. in iiſdem deciſ. quæſtio. ccxij. Et nos quoque à celeberrimo iudice, non raro idem pronunciatum fuiſſe ſcimus.

Reuocare donationem an hæres poſſit ex cauſa ingratitudinis in defunctum commiſſæ.

Retractus an propinquiori ſemper competat?

REtractus facultas, quæ ex ſtatuto conſanguineis defertur, vt poſſint rem à cõ-

Retrahere rē conſanguineo remotiori ven

ditam, an propinquior consanguineus posſit.

ſanguineo venditam reddito pretio retrahere, competit proximioris gradus conſanguineo: vbi remotioris gradus agnato, vel cognato ea res vendita fuit: ſecundum Ioan. Fab. ſententiam in §. ita tamen. inſti. de hæred. quæ ab inteſta. defer. Quam etiam ſequutus videtur Do. Tiraquell. in comment. conſuetu. Picto. in titu. de iur. retrac. in §. 11. gloſſ. vj. nume. 19. & in hanc quoque deſcendit Pet. Rat in commenta. conſuet. Picto. ſuper eodem titu. §. ccxlvj. eorundem ſtatuti: licet ſubiiciat duo areſta à Senatu Pariſienſi contrà fuiſſe lata: quibus propinquior ab auocanda re ab emptore conſanguineo remotiore ſubmotus fuerat. Tamē nuper aliud areſtum ab eadem Curia pronunciatum eſt aduerſus dominum de Puygni: quo fuit iuſſus admittere conſanguineum in gradu propinquiore conſtitutum, quàm ipſe de Puygni erat, & in expenſas aduerſario ſarciendas cōdemnatus eſt, non ſolùm litis primariæ, ſed etiam appellationis. Quocirca vbi retrahens propinquior eſt genere venditori, quàm emptor, retrahēs anteponitur. Sed vbi eſſent eiuſdem gradus, cenſerem repellendum eſſe retrahentem. Atque ita latum fuerat vnum ex iis duobus areſtis: quæ ipſe Rat citat: nempe inter duos fratres, quorum alter partem rei à communi fratre venditā alteri fratri, volebat vi huiuſmodi retractus

aufer

auferre. Sed id arestum sententia causidicorum, non autem iusta Curiæ trutina appensum fuerat.

Retrahi an possit res cum decreto vendita.

REtrahēs rem ab eo cui auctionibus antecedentibus iudicis decreto addicta est, non tenetur subire iusiurandum, an pecuniam decreto comprehensam insolidū persoluerit: cùm id palàm ex ipso decreto constet, quod rem manifestam, seu notoriam efficit: vt not. in l. emptorem. ff. de act. emp. & Ioan. Fab. in prooe. instit. vbi de notorio tractat, & text. in c. vlti. de cohabi. clerico. & mulier. Tum res non nisi præsenti pecunia debet addici. l. à diuo Pio. §. vlt. ff. de re iudi.

Iustis auctionibus res ex decreto vendita an retrahi possit, & an decretum debeat insinuari apud eius iurisdictionis, in qua fundus situs est, acta.

Retractus quando simulatus.

REtractus præsumitur simulatus, si consanguineus, qui retraxit, mutuatus sit pecuniam ab alio: deinde retrahat prædium: mox id vendat ei, à quo mutuatus fuerat, siue minoris, siue pluris, quàm priùs illud fuerat venditum. Ita summa Paris. curia iudicauit die iiij. Iunii 1543. Nam ex obliquo sic ceditur ius retractus extraneo, quod quidem

Retractus quando præsumatur simulatus propter mutuum.

Iure.

licet minimè, vt tradit Iaſ. in l. iiij. §. vlt. ff. de oper. no. nuncia. & Guid. Pap. quæſt. cclvij.

Retractus propter pactum de retrouendendo impeditur.

Retractus an poßit ab emptore recuſari ob pactum de reuendendo adiectum à venditore, & ſi venditor intercedat ãtequàm retractus admittatur, an eum impediat.

RETractus oblationem à quodam venditoris conſanguineo & rei venditæ etiam patrono, ſeu feudali & directo domino: hãc emptor recuſauit: dies, illius conſanguinei poſtulatu, ei ad iudicem dictus eſt: venditor autem factus hac de re certior, quia eius rei (pretio quidem reddito) redimendæ facultatem in venditionis contractu ſibi exceperat: oblationem quoque eius facultatis nomine emittit venditor, quã repudiauit emptor, conteſtatus priorem oblationem ſibi factã. Itaque ad eundẽ iudicem accerſitur emptor à venditore, nempe ad libellorum præfectos illos, qui in forenſi Lutetiana Baſilica iudicant. Die dicto conſanguineus actionem ſecundum ſuam oblationem intendit: venditor item ſecundum ſuam, & ſe conſanguineo petit præferri: emptor autem ait ſe nihil morari, vtri decreuerint iudices ſe re empta pretio reſtituto, vnà cum ſumptu emptionis gratia facto cedere. Conſanguineus porrò ſe priùs eſſe admittendum cauſatur: quòd Pictonicæ regionis ſtatuto c. cclxxviij. cautum ſit:

De Iure

tum sit: vt si res sub hoc reuendendi pacto distracta sit, nihilominus intra condictum huius pacti tempus possit consanguineus rē illam retrahere: & emptor teneatur eum ad retrahendum recipere: ideo cùm ipse prior obtulerit, perperam recusasse emptorē eius oblationem, & contra statutum illud fecisse. Deinde quia oblatio venditoris non ritè facta sit: vt pote, qui re ipsa sortis pecuniam nō obtulisset, & intra huius facultatis diem precium non obsignasset, prout regionis eiusdē statutum exigit c.cclxxvij. Itaque vulgari regulæ locum esse: perinde haberi quidpiam non esse factum, & minus ritè fuisse gestum. l.quotiens.ff.qui satisda.cogant. Præsertim cùm id pro forma à statuto traditum sit: & idcirco etiam consensu priuatorum nō possit remitti. l.nemo potest.ff.de legat.j. & l.si quis in conscribendo.C.de pac. Sed & quoniam eam venditor formam omiserit, par esse censeri, eum id noluisse effectum consequi, vt probatur ex not. in l.si quis in principio.ff.de lega.iij. Præterea verisimile esse venditorem ab emptore subornatum fuisse, & impulsum, vt oblationem emptori faceret, quoniam intra triduum plus minúsue post consanguinei oblationem, oblatio venditoris fuisset emissa, vt prob. ex notat. in l. si ventri.ff.de priuil.credito. & in l.post cōtractum.ff.de donatio. Quin & re ipsa inter

Retractus.

venditorẽ & emptorem collusum, vt ipsius emptoris gratia venditor rẽ retraheret: atque ei postea traderet. Postremò emptorẽ, eundémque reum ait cõsanguineus actor in litis expensas erga seipsum actorem esse condemnandum propter improbam oblationis recusationem. Siquidem cùm fieret oblatio, nondum venditor oblationem fecerat: & si non interuenisset venditor, planè constabat eas expensas à reo deberi: proinde eius intercessione impediri earum expẽsarum adiudicationem, iniquum esse. Contrà verò venditor resistit: nempe quòd etsi pretiũ re vera non obtulerit, neque publicè obsignarit, id cõsanguinei nullatenus interesse: sed tantùm ipsius emptoris, qui tamẽ hac de re nihil queratur. Quapropter etsi formæ id vice statutum introduxerit: eius tamen omissionem ab eo, cuius non intersit, opponi non posse. Nam vt actio, ita exceptio ei, cuius nihil refert, negatur. l. ex conuentione. C. de pact. Ad hæc licet statuto ea forma sit tradita, non esse consequens, eam partium consensu conuelli non posse, vt nota. in l. j. ff. de fer. vbi si non opponat de feriis messium: valet iudicium eo tempore agitatum. Nam vbi forma vel solennitas priuatum commodum respicit, potest remitti, vt trad. gloss. & Bartol. in l. eleganter. ff. de dolo. Actus quoque ob formę defectum ita demum nul-

lus est,

lus eſt, ſi is, cuius intereſt, opponat, vt probat text. in c. poſt electionem. & ibi Abb. de cõceſſ. præben. in antiq. Sed & nullus ad quidpiam admittitur impediendum, niſi eius interſit: vt tradit Innoc. in c. ſuper his. de accuſatio. & Paul. Caſtrenſ. in l. vlti. C. de edict. diui Adri. tollen. & Do. Andr. Tiraquel. in tracta. quem nouiſsimè edidit *le mort ſaiſiſt le uif.* in iiij. decla. ij. partis. Solennitas inſuper, quæ ad rem priuatorum ſpectat, poteſt quandocunque adhiberi, vt probatur in c. ij. & iij. de iis quę fiunt à præla. ſine conſen. capitu. quando id aduerſus bonos mores, & publicam non eſſet vtilitatem, in l. pacta, quæ contra. C. de pact. & l. ius publicum. ff. de pactis. & per Bart. in l. ſi pro eo. ff. de fideiuſſ. Præterea conſanguineum nõ poſſe ei anteuertere æquum eſſe: quia ex eius contractu hanc facultatem conſanguineo palàm eſſet competere, partémque ſui exiſtere contractus, vt not. in l. fundi partem. ff. de contrahend. emp. ideo non debere in eius emptoris necem detorqueri, potiſsimùm, cùm intra conſtitutum tempus emptori obtulerit. Tum quamuis re ipſa pretium nõ obtuliſſet emptori, neque publicè obſignauiſſet: non ideo tamen facultate redimendi cecidiſſe propter motam & pendentem ſuper ea re controuerſiam, quæ moræ omnis ſuſpicionẽ ab eo remouet: fruſtra ſiquidem obſignaſſet,

cùm interea & disceptaretur: vter scilicet, an venditor ipse, an consanguineus admitti deberet: sicuti proba. ex not. in l. contra maiores. C. de inoffic. testa. Quandiu enim pendet lis, an solenne & validum sit testamentum: non præscribitur mouendæ inofficiosi testamenti querelæ: sed & non videtur moram facere, qui ad iudiciũ prouocat: deniq; si consanguineus fuisset admissus, se tamen rem ab eo posse auocare. itaque cùm id hodie constet, hodie id dirimi debet: nec in aliud iudicium differri: vt probat text. in l. si is à quo. ff. vt in posses. lega. cùm maximè instrumentum venditionis, ius venditoris patefaciat: ac ex eo contractu agat consanguineus: quippe vbi exceptio ex eo contractu nascitur, ex quo oritur actio: nullum quidē iudicium adeò celeris discussionis est, vt hanc reiiciat exceptionem, vt scribit Barto. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & Feli. in c. ex parte. ij. de offic. delegat. in antiq. ac imprimis circuitus omnis moribus nostris vitatur. argu. l. cùm fundus. §. seruum. ff. de reb. cred. Cæterùm reus, idemque emptor se expensis non admissæ oblationis minimè obnoxium asserit: propterea quòd oblatio non in eius faciem, sed tantummodo domũ denunciata fuisset: atque protinus ac in iudicium deuocatus est, dixisse, paratum se vter potior à iudicibus pronunciaretur, eum admitte

mittere. Quapropter iudices interloquuti ſunt, vt fraus & colluſio inter emptorem & venditorem aſſerta à conſanguineo probaretur. Quod cùm implere non potuiſſet cõſanguineus, iudices tandem definierũt, venditorem ad redimendam rem, excluſo conſanguineo, eſſe admittendum, conſanguineúmque in expenſas venditori condemnauit, reúmq; expenſis abſoluit. Sed cùm prouocaſſet conſanguineus, lis tandem tranſactione ſopita eſt, appellante quidem herbã porrigente. Quemobrem ex iis ſummatim colligendum eſt, conſanguineum, etſi prior obtulerit, à vẽditore ſuperari: qui poſterior obtulit ex reuendendi pacto, & in lite à conſanguineo mota intercesſit, quominus conſanguineus admitteretur. Tertius enim quacunque in iudicii parte recipiẽdus eſt, ſi eius interſit, etiam ad executionem ſentẽtiæ impediendã, vt no. in c. veniens. ij. de teſtib. & in l. à diuo Pio. §. ſuper rebus. ff. de re iudic.

Retractus ius extraneo non cedendum.

Retractus ius conſanguineo competens nõ poteſt extraneo cedi.

RETractus ius alteri extraneo cedi non poteſt. Paul. & Iaſ. in l. j. §. vlti. ff. de operis noui nunciatio. & alii quos citat fuſius Do. Andr. Tiraq. in tracta. de retract. §. xxvj. in gloſſ.

gloss.j.nume.j. Quocirca cùm quidam mutuo accepisset certam pecuniam, pignorique supposuisset quandam domum expressim: quam debitor se retracturũ ob generis propinquitatem pollicitus fuerat, eámq; postea creditori intra condictum tempus, se daturum cauerat. Consanguineus autem sententiam secundum se obtinuerat purgatione priùs iureiurando facta omnem à se dolum abfuisse. Aduersarius autem ab ea prouocauit, & vicit supremæ Paris.curiæ decreto die quarta Iunii. 1543. atque vtriusque instantiæ, nempe primordialis, & appellationis expensas est consequutus. Nam ex duobus illis contractibus, altero videlicet inutili & pignoris, altero autem dationis domus illius in solutum, simulatio & fraus quæsita præsumebatur, vt ex obliquo iuris retractus cessio in extraneum fieret. Nec mouit, quod consanguineus suam facere cõditionem meliorem licuisse causabatur accipiendo mutuum, & in exolutionem mutui domum transferendo. Siquidem ius retractus ad hoc introductum fuit, vt res in familia & genere permaneret: non autem vt consanguineus inde lucrum pecuniarium aucuparetur.

Retractus fraudulẽtus non prodest.

Reg.Cancell.de xx.diebus.

Regula Cancellariæ Romanæ de xx.

REgula (quam vocant) Cancellariæ Apostolicæ est huiusmodi, vt si quis cedat sacerdotio

cerdotio, & alter in eius locum à Romano Pontifice ſubſtituatur, niſi qui ceſsit poſtea per viginti viuat dies, ceſsio nullius erit momenti : neque ex cõſequenti ſacerdotii collatio. Verùm hæc conſtitutio duntaxat, vbi ceſsio apud ſummum Pontificem facta eſt, obſeruatur : non autem ſi apud ordinarium collatorem emiſſa fuerit ſacerdotii ceſsio. Nam cùm ea regula à iure communi diſcrepet: nempe quo ſtatim atque à ſuperiore admiſſa eſt ceſsio, vires nanciſcitur: vt nota. in c. quod in dubiis. de renuntiation. in antiq. nec ex iis quæ poſtea emergunt, poteſt infirmari, cùm ritè rectéq; factum, ex eo quod poſtea accidit, nequeat vitiari, vt no. in l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. ff. de ver. obli. Proinde quoniã eiuſmodi cõſtitutio de ceſsione, à ſummo Põtifice recepta, ſtatuit, nõ debet ad aliam ſpeciem extendi. Præterea ordinarius collator præſumitur potius de cedẽtis valetudine certior, vt pote, qui in proxima degat regione, quã ſummus Põtifex, qui in remotiſsima. Sic igitur ſupremę Pariſ. cur. iudicio conſtitutum eſt ſępiſsimè. Atq; ita reſpõdit Pet. Ancha. in cõſi. ccxcvij. quẽ refert, & ſequitur Philip. Dec. cõſil. ccxxiiij. vbi citat text. in clement. j. de offic. ordi. qua probatur, maiorem in ſummo Pontifice ſubreptionis eſſe ſuſpicionem, quàm in ordinario, ne decipiatur.

diebus an locũ habeat in ordinarij collatione.

Spurio

Spurio à quibus relinqui, aut donari potest.

Spurio an possit relinqui, vel donari ab alio, quàm à patre.

SPurio poteſt relinqui, vel donari ab alio, quàm à patre, vt tradit gloſſ. ſingularis in §. vltimo. in authen. quibus mod. nat. effic. ſui. Cùm enim non reperiatur prohibitum, permiſſum cenſetur. Idem affirmat Barto. in l. quod conditionis. ff. de dona. cauſa mort. Statuto autem municipali Pictonum pater & mater aliquid filio donare nequeunt: niſi alimentorũ gratia, vt nota. in lib. ſtatut. huiuſce regionis c. xi^{xx}.viij. Quod iuri Pontificio congruit: vt probatur in c. cùm haberet. de eo qui duxit vxo. quam pollu. per adulte. vel ſi ex damnato coitu ſit conceptus: vt puta ex ſacerdotis concubitu, aut alio illegitimo & nefario. Contrà tamen iure ciuili proditũ erat, quod ad eos ſpectat, qui ex nefando complexu eſſent geniti: vt not. in authenti. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nup. Nos itaque Pontificum æquitatem Imperatorum ſeueritati moribus noſtris præferimus. Verùm, quod ſpuriis donatur, id tantùm vſusfructus loco habetur

quod ſpuriis donatur, an

habetur: ita vt post eorum mortem ad donatoris hęredes reuertatur, sicut tradit Bald. in l. eam, quam. C. de fideicommiss. quem refert & sequitur Bartho. Chassa. in commenta. consuet. Burgund. tit. *des prebstres bastars.* §. iij. in ij. amplia. citátque l. cùm ii. §. vult igitur. ff. de transac. cuius hæc sunt verba: Constat enim alimenta cum vita finiri. At id arbitror seruandũ vbi à patre, vel à matre spurio donatur. Nam cùm extraneus donat, id debet spurio perpetuum esse: & ad eius filios transire: sicut quælibet res à spurio alio quopiam titulo acquisita. Sed tutius esse putem, si testamento liberis ea relinquat, cùm non dubitetur eum testari moribus nostris posse, vt infrà dicemus. Noui enim, cũ quidam ex generosa Trimolliorum familia spurio suo, quem ex muliere soluta solutus genuerat, arcem in spurium donationis ergò contulisset, eam ad donatarii posteros peruenisse. Quia verò donatio facta fuerat spurio, eiúsque masculis posteris: non minima controuersia inter ipsius nepotes orta est: an filiæ fratrum masculorum præferrentur auunculis ex filia procreatis. Tandem arx supremæ Paris. cur. iudicio filiabus masculorũ adiudicata est. Hanc verò quæstionem latissimè persequitur Do. And. Tiraq. in tractatu primigenio. in xij. xiij. xiiij. xv. & xl. quæst. vbi innuit filiam primogeniti in successione aui

ad filios poßit transmitti.

Donatum masculo, eiúsque masculi hæredibus, an deferatur filiæ ipsius masculi, an filio vel nepoti ex filia?

ne aui post mortem patris ipsius delata sibi & filio secundo genito ipsius aui præferri in iure primigenii præcipiendo: quod ab eo tempore, quo forum ingressi sumus, hactenus obseruatum scimus. Sanè donatoris hæredes etiam ea de re nunquam fuerunt queritati. Quin & Bal. in cõsil. ccxxij. & ccxxvij. volu. iij. respondit, Principem filiis suis spuriis donare, & filias suas spurias dotare posse. Cæterùm Barto. in l. si is. ff. de liber. legat. fretus legis istius argumento asserit donationem à patre naturali in sui socium spurii collatam, valere. De quo tamen ambigerem plurimũ: ne ex obliquo id concedatur: quod vetatur directò. At spurius testari liberè de facultatibus suis potest, necnon quolibet inter viuos contractu alienare. Filiis quoq; eius legitimis & naturalibus defertur ab intestato ipsius hæreditas, quamuis Principis diplomate non fuerint effecti legitimi: vt supremæ Paris. cur. aresto iudicatum fuisse meminit Ioan. Gall. in quæst. suis chart. 118. in paruis volu. Sed & moribus Galliæ filii naturales tantùm etiam matri succedere non possunt: licet ea sit ignobilis & plebeia. Proinde non obseruatur l. si qua illustris. C. ad Orficia. quę vult matri ignobili filium naturalem succedere. Exoleuit similiter authen. licet. C. de natu. libe. hæc enim volebat duas vncias paternæ hæreditatis filiis naturalibus deferri

Spurius testari & inter viuos donare potest vel aliter alienare.

Antiquatæ l. Si qua illustris C. ad Orficia. & l. licet. C. de natur. liber.

deferri,ſi pater abſq; legitima prole morere tur inteſtatus. Atque hos eſſe mores noſtrates teſtantur Maſuer.titu.de ſucceſſ.ab inteſta.§.item naturales. Guid. Pap. in deciſio. Gratio.quæſt.ccxl.Benedic.in repe.c.Raynutius.char.125.de teſta. Poſtremò Boer.in deciſio. Parlamenti Burdegal.quæſt.cxxvij. qui & illos laudat authores: ſubiungit quoq; moribus noſtris receptum eſſe,vt ſubditi dominum feudarium in dotanda naturali filia ipſius domini moderatè adiuuare teneãtur: non tamen ſi ex inceſtu ea procreata ſit. Sed & in iis regionibus ſolũ cuſtodiri debet, in quibus ſubditi in dote filiæ naturali & legitimæ præſtanda coguntur ipſi domino auxiliari. Adiicit præterea Boer.iſthic apud nos non obſeruari,quod ſcribit Ang.in §. quod verò.in authen.quibus mod.nat.effic.ſui. & Decius in l.fœminæ.nume.ix.ff. de reg. iur. & Chaſſa.in commenta.conſuetu.Burgund. titu. *des ſucceßions des baſtars*. §.iij.nempe filiam ſolummodo naturalem effici legitimã, ſi viro naturali & legitimo nubat. Hæc enim moribus noſtris eatenus duntaxat cenſetur tunc eſſe legitima, vt dos illi à patre conſtitui debeat, tanquam naturali, & legitimæ: nõ autem, vt parentibus ſuccedere poſſit, ſicut legitima. Nam quantum ad ſuccedendi ius pertinet, viri conditio non poteſt eam reddere idoneam. Aliud verò addit eo-

dem loci Boer. consuetudine ferè generali in Gallia tota esse introductum: vt filii naturales nobilium virorum, eorum nobilitatem retineant, atque tributorum sint immunes, si nobiliter vitam agant, id est absque mercaturæ, aut alterius vilis artis, & quæstus vsu. Néc non insignibus patris vti possunt: ita tamen, vt quidpiã huius insignibus adiiciatur, quo inter ipsius & patris insignia discrimen significetur. Verùm sanctiori Principis diplomate, id à quodam Spurio patre nobili procreato scimus fuisse impetratum, vt eum ad dignitates publicas capessendas, rursúsque aduersus tributorum aliáque plebeiorũ personalia munera idoneum, immunémque efficeret. Cùm tamen rei & sumptum & molestiam spurius ille non subiisset: si hoc non impetrato ea sibi potuisset vendicare.

Spurij nobiliũ virorum domus retinent nobilitatem quantũ ad tributorum immunitatem.

Successionis lineam, à qua dimanarunt, prædia sequuntur.

SVccedunt agnati in iis prædiis: quæ ex stirpe & genere agnatorum emanarunt. Cognati autẽ in iis, quæ à cognatorum linea: idq; moribus Galliæ antiquissimis. At quæsitum est, quando prædium censeatur esse antiquum, vt ad generis stirpem transmittatur: vt puta, Sempronia ex Caio viro sustulit filiam

Prædia generis

liam, Sempronia verò vidua facta prædium comparauit, id filiæ obuenit: Sempronia intestata mortem obiit. Filia autem absq; prole legitima moritur, relictis collateralibus hæredibus agnatis & cognatis: agnati verò tanquam proximiores se præferendos aiebant. Nam cùm quæritur: vtra ex linea, vel stirpe quippiam dicatur profectum, attendẽda est linea immediata: vt probat text. & ibi Paul. Castrens. in l. quod scitis. C. de bon. quæ lib. Itaque cùm essent proximiores ei filię, cuius de successione agebatur, meritò anteponi contendebant. Negabant autem id cognati: quoniã moribus nostris prædia lineã, vnde fluxerunt, sequũtur. Cùm ergo id prædiũ ex linea materna filiæ obtigerit: ad hæredes eiusdem lineæ causabantur pertinere. Nec refert vtrum in remotiore gradu essent, nécne. Atque secundum huiusmodi cognatos fuisse iudicatum refert Ioan. Gallus in quæstio. lxx. Sanè cùm idem ex facto contigisset: rémque confusis testimoniis (quæ turbæ vocantur) dirimendam censuisset, suprema Paris. cur. iis testimoniis coram se prolatis pronunciauit pro eius generis cognatis. Porrò Barth. Chassa. in commenta. consuetud. Burgund. titu. *des successions.* §. ix. in gloss. vlti. vult id non habere locum: vbi supersunt fratres consanguinei, vel vterini. Nam consanguineos esse cognatis præfe-

An linea sit computanda ab eo, qui prædia acquisiuit:

Consanguineus frater,

stipitem sequi.

an præferatur cognatis remotioribus in rebus à defuncti fratris matre quæsitis.

rendos asserit in iis etiam rebus , quæ à matre fratrum consanguineorum profluxerũt. Verùm cùm id accidisset, scio non minimã ortam fuisse dubitationem, atque aduersus cõsanguineos fratres fuisse iudicatum à regio nõ infimi nominis iudice: sed quia prouocatum fuit,quomodo sit res transacta,mihi nondum est exploratum. Illud autem in vtramlibet sententiam accuratè & copiosè isthic est à Chassaneo disputatum: in eiúsq; opinionem lubens descenderẽ:vt pote,quæ mihi æquior videatur fraternum ob fauorẽ. Accepi tamen in simili specie contrà fuisse à suprema Paris.curia iudicatum.

Successione domus delata, quid veniat.

Successione præcipua delata domus quid complectatur.

SVccesione vbi defertur domus defuncti nobilis præcipua & primaria,vnà cum septis antiquis ad eam muniendam, vel circũsepiendam , vel claudendam pertinentibus, hortus proximus,qui gratia amœnitatis colitur:licet muro,vel fossa,vel publico itinere disterminetur , vel etiam si non conclusus sit: primogenito debetur , vt tradit Do. Cyreius in primogenituræ tractatu iiij. quæst. lib.ij.& Pet. Rat in commen.consue.Picto. titul. *des successions*.c.ccxxj. Sed si quantitas soli à

ſoli à ſtatuto deſignata non intra ea ſit ſepta, debet extra ea ſuppleri, etiã de nemoribus: ſi ea ſeptis ſint finitima, vt à ſuprema Pariſ. curia tradit iudicatum ipſe Rat in eodem §. in glo. *& s'il y á plus largement.*

Succeditur quando in ſtirpes, & quando in capita.

SVccedunt fratrũ filii cum patruis in ſtirpes. Itaque tantundem habebit patruus, quantum quatuor, pluréſue defuncti fratris filii, vt not. in authent. ceſſante. C. de legiti. hæred. in eáque ſententia omnes doct. conueniunt. At non mediocris eſt concertatio inter eos, an ſi non ſint patrui, ſed fratrum, vel ſororũ filii, an inter ſe ſuccedant in ſtirpes, an in capita. Barto. in l. conſanguineos. §. agnati. ff. de ſuis & legiti. hæred. tradit in ſtirpes ſuccedere. Azo in ſumma. C. de ſuis & legit. hæred. Iacob. Butriga. Fab. & Salyc. in dicta authent. ceſſante. aſſerunt in capita hæreditatem diuidi. Accur. verò varius fuit. nam in §. hoc etiam. inſti. de legit. agna. ſucceſsione. priorem affirmat opinionem. Sed in l. leges xij. tabular. C. de legi. hære. poſteriorem ſentẽtiam tuetur. Cæterùm Zaz. lib. j. ſingul. reſponſ. c. vij. multis argumentis cõprobat Azonis iudicium, quod ſuprema Pa-

Succeßio quomodo inter fratrum filios & patruos, itémque quomodo inter fratrum filios ſolos diuidatur an in ſtirpes nimirum, an in capita.

E. A.

De primogeni. prærogatiua Francorum.

rif.cur.in minore classe,quæ tabellariis sententiis ex appellatione decidendis præest (quam paruam inquestarum cameram vocant)sequuta est aresto prolato,die 14. Martii 1522. Sed cùm ex statutis ferè omnium Franciæ regionum, quæ moribus reguntur, filius primogenitus præcipuum quiddam in successionibus nobilium & virorum & rerũ accipiat plusquàm alii fratres, vel sorores: quæsitum fuit, si hæreditas ex transuersa linea in plures stirpes diducatur: vt pote: quia ex iisdem statutis patrimonia antiqua stipitem vel lineam, ex qua sumpserunt originẽ, & deriuata sunt, sequuntur, & repræsentatio vulgò locum habeat in plerisque locis vltra fratres & fratrum filios aduersus iuris communis regulas: is autem, qui primogenitum supra omnes stirpes primarium repræsentat, præcipuum sibi ex statuto delatum habuerit: an primogenitus singularum stirpium aliarum,quæ ex secundò genitis promanarunt, debeat etiam præcipuum ex statuto accipere inter fratres suos, vel eorum vicem obtinentes?

Primogenitus cuiusque stirpis, vel lineæ an ius primigeniorum obtinere debeat?

Alii sanè nihil deberi præcipuum existimãt: quippe iam primogenitus ille primarius inter omnes ex aliis stirpibus descendentes præcipuum suum consequutus est. Itaque non debet super vna & eadem hæreditate duplex haberi præcipuum. Alii verò aiunt præcipuum posse à primogenitis singular

De succesione

gularum ſtirpium in rebus, quæ ſuæ ſtirpi obueniũt, percipere: hócque nitũtur, quòd pro ratione & numero ſtirpium plures cenſeri debent hæreditates. At cùm ex ſtatuto in collaterali, atque directa hæreditate primogenito æquè præcipuum tribuatur: debet igitur primogenitus cuiuſq; ſtirpis in rebus ſuæ ſtirpis præcipuũ illud obtinere: ſicut primarius ille primogenitus & princeps ſuper omnes ſtirpes, & familias præcipuũ nãciſcitur. Quã ſententiã ſolitus ſum amplecti. Nã ſi aliter diceretur, abſurdũ palàm appareret: nempe, vt inter filios ſecundogeniti nobilis primogenitus nihil præcipui in rebus hæreditariis immobilibus haberet. Quare nobilium iure vlteriùs non potirentur, ſed in plebeiorum redigerentur ordinem. A quo vt natura, ita omnium opinio & mos vetuſtiſsimus ſemper abhorruit. Nam filii & nepotes ſecũdò genitorum nobilium ab omni æuo perinde nobiles habiti ſunt, ac primo genitorum nobilium liberi, & omnis ab iis profecta poſteritas. Porrò Do. Andr. Tiraquell. in tracta. de iure primigenio. quæſtio. xlij. poſtquam plura argumenta in contrariam ſententiam adduxit: nempe quòd in vna ſucceſsione non poſsint duo eſſe primogenituræ iura, præſertim in ſucceſsione collaterali: Tamen relinquit cogitandum propter hanc abſurditatem. Idem quoque

in capita et stirpes.

Quomodo intelligenda fidei patrono debitæ quarta mutatio in re nobili inter plebeios diuidenda.

iuris obseruandum est in prædiis nobilibus: quorum nomine iam quater fides à plebeiis hominibus patrono exhibita est: quęque plebeiis hæreditate obueniunt: & quia non dissimiliter atque inter personas nobiles ex statuto sunt diuidendæ: vt primogenitus singularum stirpium in parte earum rerum, quæ stirpi suæ obtigit, præcipuum sumat. Nec refert vtrum à stipite directo, an obliquo fides inita sit, vel mutata. Nam licet statutum Pictonicum c. ccxiiij. hoc exemplum proponat elucidãdæ rei gratia: vt dignoscatur, quo ordine in quartam fidem res posſint venire: nempe si pater plebeius rem nobilem acquirat, ac de ea fidẽ patrono pręstet. deinde ad huius filium ea res perueniat: mox ad illius recta linea nepotem, postremò ad pronepotem, iique singuli fidẽ exhibuerint, aut saltem debuerint exhibere. Non enim aliter iudicandum ob non exhibitam fidem, quàm si exhibita fuisset: cùm mora clientis non noceat patrono: tamen idem ordo percensendus est in linea obliqua: veluti, si quatuor sint fratres plebeii: horum autem primogenitus rem nobilem acquirat, fidémque patroni ob eam rem ineat: deinde illo absque liberis mortuo ad alium fratrem: & denique ad quartum, quia alii liberos non reliquerint, res ea peruenerit, diuidi tum debet: atque si nobilibus personis delata fuisset: & primogenitus

genitus præcipuum à statuto debitum sibi in ea re adipiscitur. Quæ cùm inter locupletes homines quãuis plebeios exagitaretur quęstio: interrogatus, respondi, statutum illud perinde esse intelligendum in linea collaterali, ac directa: quandoquidem exempla regulam non arctant. l. regula. §. vlti. ff. de iur. & fact. ignor. Proinde cùm statutum exigat solummodo quartam fidei mutationem, exẽplúmque subiungat in linea directa, hoc exẽplo non videtur se restringere, quin habeat in linea collaterali locum: præsertim, cùm eadem ratio in vtraq; subsit linea. Qui enim ex transuerso veniunt, pro sui gradus conditione in genere defuncti non secus annumerantur, atque ii, qui ex recto procedunt: At quoniã pleriq; seniores receptæ & probatæ in vsu forensi opinionis contrà respõdissent: noménque nostrum adhuc quorundam inuidorum improbitate esset obscurũ: quamuis iam quindecim totos annos foro institissemus, cõsultor sententiæ nostræ neaquaquã ausus est fidere. Sed posteaquã nonnulli celebres apud supremã Curiam causidici opinioni nostræ assenserunt: illo suffragiorum & sententiarum numero fretus appellationem à sententia contra se lata persequutus est: & in conuentibus iuridicis Pictaui anno Domini 1541. actis, vicit. Cuius quidem aresti meminit etiam Petrus Rat in

commentar. consuetud. Picto. eodem capit. suprà citato.

Seruitutum diuisio, & an præscribantur.

Seruitutes quæ sint continuæ, & quæ discontinuæ, quantóque tẽpore acquirãtur.

SEruitutum aliæ sunt continuæ, aliæ verò non continuæ. Quæ in primo genere versantur, decem vel viginti annorum præscriptione absque alio titulo acquiruntur: duntaxat, si sciente & patiente aduersario, cuius interest, seruitute quis sit vsus. At non continuæ eo tantùm tempore, cuius initii memoria non extat, vel centum annis absque titulo comparantur, vt not. in l. seruitutes, magna. ff. de seruitu. & in l. j. & ij. C. de seruitut. & aq. Sed quæ censeri debeant continuæ, & haud continuæ inter ius Põtificium & Cæsareum interest. Illud autem ius eas seruitutes causam habere censet continuam, cum iis vti, quandocunque libet, licet. Causam verò non continuam eas obtinere: quas statis quibusdam temporibus exercere permittitur: veluti pecoris certo quodam tempore pascendi in nemore seruitus, vt tradit Panor. & Felin. in c. de quarta. de præscript. in antiq. Iure autem Cæsareo eæ seruitutes causam obtinent continuam: in quibus exercendis factum hominis non adhibetur: vt puta

tigni

tigni immittendi, vel oneris ferendi, vt not. in l. foramen. ff. de seruit. vrba. prædio. Caussam verò non continuam eæ seruitutes sortiuntur: quibus absque facto hominis vti nõ possumus: vt viæ, itineris, pecoris pascendi. Nam quoties iis vtimur, facto nostro opus est. In aliis autem continuis, & si ab initio facto hominis opus sit: vt pote, qui tignum mittat: postea tamen eas absq; facto nostro retinemus, vt probat textus in l. foramen. suprà citata. Atque Guid. Pap. in decisio. Gratio. quæst. ccccl xxiij. id discriminis inter Pontificias & Cæsareas sanctiones commemorat. Verùm nostratis Franciæ moribus aliter cõstitutum est. Nempe vt quantolibet tempore vacuo quis alieno solo vsus sit, seruitutis possessionem, vel dominium in eo loco nequeat adipisci. Quòd vt Biturigum moribus nuncupatim perscriptum est: ita generaliter in omnibus Franciæ regionibus vsu receptũ esse attestatur Boer. in titu. *des prescrip.* §. v. in commentar. consuetud. Bitur. idem sentit Ioan. Fab. in l. j. C. de seruitut. & aq. Nempe in affirmatiuis seruitutibus opus esse tituli probatione, vel per testes, qui cùm seruitus cõstitueretur, interfuissent: vel eum, qui seruitutem vendicat: coram aduersario, vel coram multis dixisse, se iure seruitutis illa vsum fuisse: vel actuum frequẽtiam, vel vnius actus gestionem: qui nisi ab eo, qui ius habeat, fieri non

In vacuo solo, vel fundo an seruitutis dominium, vel possessio vsu acquiratur Gallicæ moricusl

ri non posſit. Rurſúſque animaduertẽdum monet, an actus ſit facultatis: vt per alienum agrum commeare, vel tranſire, vel familiaritatis, an nõ: vt electioni intereſſe. Quod ſi facultatis, vel familiaritatis fuerint, ex his actibus ſæpius iteratis non inducitur ſeruitus. Nam & ſi xxx. diebus retro proximis per fundum alienum quis ſe iuiſſe probet: niſi tamen id ſeruitutis iure feciſſe doceat, non poteſt ſeruitutem obtinere. Idque comprobat tex. in l. vlti. ff. quemadmod. ſerui. amitt. Proinde etſi ſcribat Paul. Caſtr. in l. diuus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. vt ſi quis triginta diebus retro proximis itinere vſus ſit, cenſeatur eſſe in quaſi poſſeſsione ſeruitutis eũdi, in qua quidem eſt defendendus interdicto prodito de itinere, actúq; priuato, quouſque negatoriæ, vel confeſſoriæ actionis iudicio pronunciatum erit, ſeruitutem itineris non deberi. Non me tamen clam eſt, vbi quis in retinendæ poſſeſsionis interdicto, quod ob itineris conſueti impedimentum intenderat, probaſſet teſtibus, multos annos per aream cuidam domui cohærentẽ ſæpius itaſſe, ac remeaſſe ſingulis ferè diebus: quia tamen aduerſarius probauit areæ illius dominium, atque etiam domũ ad ſe pertinere, & domum ſemper poſſediſſe: actor tamen cauſa cecidit, ſententia clariſsimi cuiuſdam iudicis, quæ tandem ſupremæ Pariſ. curiæ calculo

Seruitus itineris an vſu poſsit in alieno fundo abſque titulo acquiri.

calculo comprobata fuit. Quoniam posſidendo domum areæ, quæ ſui iuris vnà cùm domo erat, poſſeſſionem ſibi conſeruarat. Adhærentia enim eiuſdem iuris cenſentur, cuius ea ſunt, quibus adhæret. l. quæ religioſis. ff. de rei vendica. & per vſum partis retinetur totius poſſeſsio. l. arboribus. §. de illo. & ibi Bartol. ff. de vſufruct. Quocirca cùm prata quædam rupellæ mœnibus proxima eam verſus portam, quæ noua appellatur, ex parentum hæreditate mihi obueniſſent: eáq; alta foſſa eſſent vndique cincta à longiſsimo tempore: nihilominus lanii Rupellenſes cõtendebant in iis ſe illud ſeruitutis ius habêre: vt poſt reſectam herbam primigeniam, indéq; ablatam pecudes, pecoráq; ibi paſcere liceret, ſicut in finitimis aliis pratis. Cùm autem reperiſſem pecudes quaſdã in iis noſtris pratis gramen repullulans depaſcere: interdicto retinendæ poſſeſsionis aduerſus lanium pecudum pecorúmque illorum dominum expertus ſum. Is poſteaquàm in rem præſentẽ à me fuiſſet perductus litem mecũ ſic eſt conteſtatus: vt quod ad primogeniam eorum pratorum herbã ſpectaret, aut in ſolo iis proprietatis vel poſſeſsionis ſibi non cõpetere aſſereret: ſed tantummodo, vt priore herba amota ius illi eſſet pecora pecudéſq; in illis pratis, veluti & in omnibus aliis pratis iuxta vrbẽ poſitis paſcẽdi, ſeq; & alios Rupellenſes

Quid in ſeruitute paſcendi pecoris in alieno prato, vbi herba corda, vel autumnalis repullulavit.

lenſes lanios priuilegio ab vrbis deſenſore (quē maiorē dicūt) decurionibúſq; id ab antiquiſsimo tēpore obtinuiſſe, & poſſediſſe: atq; pro eo iure & poſſeſsiōe retinēda ſe decertare cauſatus eſt. Itaq; facti & iuris allegationibus & teſtimoniis vtrinque cauſam inſtruximus. Ego autē à parētibus meis aliquot annis poſteriorem herbam locatam fuiſſe, aliquot etiam annis ab eorū equis fuiſſe depaſtam probaui, & nonnunquam cùm pecudes alienæ hanc herbam ſecundariam depaſcentes à parentibus inuentæ eſſent, eas inde depuliſſe: atque hæc prata à vetuſtiſsimo tempore foſſa fuiſſe ingenti munita. Ille autem non ſolùm ſeipſum, ſed etiam omnes vrbis Rupellanæ lanios in hæc prata & alia vicina poſt deſectam herbam primariam pecudes, pecoràque paſtum adpuliſſe ab hinc xxx. vel xl. annis: & à tempore cuius principium excedat memoriam, præſente & patiente vtroque parente meo. In quo falſa omnino & à veriſimili coniectura aliena teſtes effutierunt, quorum hodie turba maxima frequentiſsimáque eſt. Ille autem priuilegium id à ſe laudatum minimè oſtēdit, nec protulit. Tandem ſecundum me de vindiciarum iure, & pleniſsima poſſeſsione, litiſq; appendicibus, veluti ſumptibus & damnis ex vi turbatiua illatis iudicatum eſt: à quo ille prouocauit: & quia in ſocietatem huius

Species ex facto tractata, quod ad ſeruitutem paſcendæ cordæ, ſeu autūnalis herbæ in alieno prato reuirentis ſpectat.

litis

litis aduersum me coierant cum illo vniuersi Rupellenses macellarii, appellationem tutari perstitit: nec defuerant viri nostrates iuris & fori peritia celebres, qui pro illo aduersum nos steterunt: causámque illius iuuerũt opera & cõsilio: & iniuriæ illatæ causas apud supremã curiam protulit: quas ego vicissim depuli. Itaque apud eandem curiam sum victoriam cõsequutus, cùm ad eam litis instrumenta retulisset Dominus Longolius, tum in ea Curia consiliarius, postea autem in vna illius classe Curiæ præses: nunc quidem ex humanis exemptus maturiore fato, quàm & Reipublicæ & suæ familiæ expediret. cui viuo huius beneficii vt habui gratiam, ita eius manibus & posteris magnam & immortalẽ perpetuò sum habiturus. Cùm enim à nonnullis eius Curiæ considentibus vix annua, bima, trima die assiduis etiã interpellationibus hoc beneficii nõ possit extorqueri, ille vnius nostræ epistolæ, eiúsque latinæ precibus adductus, votis nostris obsecundauit. Is profectò, vt erat summa integritate, peritia, generis nobilitate, & opibus nulli considentium secundus: ita omnes facilitate, & ingenii lenitate, & comitate superabat, nullius quoque fastus, se cunctis adeuntibus præbebat affabilem. Arestum quidem hoc latum est die 19. Februarii 1540. Sed & alterum simile arestum ab eadem Curia latum est die

12. Maii

12. Maii, 1547. in defuncti Thomæ Preuost, viri nobilis commodum aduersus dominum Ludouicum à Bellaio equitem auratũ. Nam cùm prata quædem sita in territorio & feudo ipsius du Bellaii, quod sacellum themer vernaculo sermone vocatur, & apud Pictones situm, & à Fontenaio sex milibus tantũ dissitum, ingenti fossa alter cinxisset: ipse Bellaius aduersus illum interdictum retinẽdæ possessionis instituit, quo asserebat sibi suíque feudi & pagi illius incolis hoc ius esse, vt post primariam herbã excisam pascẽdi causa in hæc prata pecudes, pecoráque possent immittere: eóque iure ab omni æuo fuisse vsos, neque vnquã interpellatos. Præterea se adiuuari Pictonum statuto, quo in planis Pictonicę regionis locis bestias pascẽdi gratia quoquolibet deducere licet: pratáque illa in huiusmodi locis sita esse: nec vnquam fossa fuisse circunsepta. Alter è contrario excipiebat se soli esse dominũ & possessorem, & ex consequenti omnes se fructus quoquo tempore posse percipere: & si antea pecora, pecudésque in illis pratis tempore longissimo herbam secundariam consueuerint depascere: id tandiu licuisse, quandiu tolerauerit, non vt imposterum ad id ferendum compelli possit, atque in huiusmodi iure seruitutem negante possessionem, nõ acquiri, nisi ab eo tempore, quo vti eo iure prohi

prohibitus ſit, vt not. in l. qui luminibus. ff. de ſeruit. vrba. præd. & Specul. titu. de cauſa poſſeſſ. & propr. verſicul. ſed pone. Ad hæc reus ſe annum poſſediſſe ea prata vti eſſent foſſa cincta, ante motum illud interdictum dicebat. Vterq; teſtibus, quod dixerat, probauit: nempe actor vetuſtam illam in his pratis paſcendi conſuetudinem: Reus autem ſe ſoli dominum, & poſſeſſorem, & primariam herbam percepiſſe, necnon per annum ea prata foſſa circunſepta tenuiſſe ante propoſitum, & denunciatum interdictum. Porrò apud Niortenſe tribunal, reus omnino cauſa excidit: à quo appellauit ad ſupremam Pariſiorum curiam, & ibi euaſit ſuperior. Quin & eodem Curiæ iudicio aliam litem ad hunc locum & exemplum non parũ pertinentem reus ipſe vicit. Nam idem Bellaius propterea quòd eſſet ſuperior feudi, in quo prata illa eſſent ſita, patronus & dominus: eiúſque iuris etiam præcellentia (quam Caſtellaniam appellãt) víque iuris illius, aiebat ſibi licere in toto feudo vbi vbilibet, venari, & aucupari: & quia pratis illis foſſam addidiſſet reus, actorem prohiberi, quominus illo aucupii & venationis iure vti poſſet. Quare poſtulabat actor, vt eam foſſam reus demolliri compelleretur. Recuſabat autem reus primum ipſe id iudicium: quòd eorum pratorum cauſa interdictum illud, quod

modo meminimus, instituisset: & vtramque causam adeò esse connexam, vt vnius decisio, alteri finem imponat. Tum petitorium iudicium eodem tempore cum possessorio inter easdem personas super eadem re examinari regiis constitutionibus vetitum esse. Deinde peremptoriæ exceptionis loco afferebat se fundi dominum & possessorē, posse illum, in eam, quam velit, formam redigere: & si in vineam, vel hortum, vel domum pratum commutaret: non esse cogendum, illius aucupii & venationis gratia domū, vel hortum destruere, vel euertere, illúdque esse iniquissimum temporariæ voluptatis causa, patrono licere clientem adigere, vt fructu fundi sui cliētelarii toto anno, aut maxima anni parte careat. Itaque quamuis ipse actor in eodem Niortensi foro huius controuersiæ triumphum abstulisset: reus tamen illum Curiæ ipsius iudicio supremæ eripuit. Atq; nos vtriusque causæ tutandę & authores fuimus: & opera nostra & consilio reum adiuuimus.

Seruitus contra ecclesiam, quo modo præscribatur, & quanto tempore.

PLanè seruitus non potest aduersus ecclesiam absque titulo præcribi etiam xl. annorum

norum ſpatio: licet in aliis caſibus hoc tempore contra eam præſcribatur, vt not. in additio. ad Feli. in c. de quarta. de præſcriptio. vbi citatur Paul. Caſtr. id ſcribere in l. ſeruitutes, magna. ſuprà allegata. Sed Paul. Caſtr. iſtic id omnino non ſcribit, ſed id tantummodo: nempe opus eſſe, vt qui ſeruitutem aduerſus eccleſiam dicat pręſcripſiſſe xl. annis, affirmet etiam ſe titulum inutilem à domino habuiſſe, aut titulum vtilem à non domino: quod equidem magis probauerim.

Sacerdotum ſucceßio, quibus defertur.

Succeßio mobilium rerũ & immobilium à viris eccleſiaſticis acquiſitarum an eorũ cõſanguineis deferatur?

SAcerdotum vel epiſcoporum ſecularium, id eſt, qui regularem religionem nõ ſunt profeſsi mobilia, & res immobiles per eos acquiſitæ, eorum hæredibus deferuntur, ex generali totius ferè Galliæ conſuetudine. Si verò ipſi epiſcopi ante adeptum epiſcopatũ regularem religionem ingreſsi, & profeſsi fuiſſent, eorum mobilia in ipſorum parẽtes, ſi pauperes ſint, partim diſtribui poſſunt, partim in templorum, quibus præfuerint, inſtaurationem: vti iudicio ſupremæ Pariſ. curiæ bona defuncti magiſtri Dorgis, quondã ordinis beati Franciſci, poſtea & cùm vita excederet Ebronenſis epiſcopi fuiſſe diuiſa re-

fert Pet. Rat in commenta. consuetu. Picto. titu. *des success.* c.ccxxij. Verùm, quod ad immobilia ab ipsis religiosis episcopis acquisita pertinet, à viris peritissimis responsum esse ad monasterium transmitti: secundum nota. in c. cùm in officiis. & in c. relatum. ij. de testa. in antiq. & in authen. licentiam. C. de episco. & cler. Sed cùm ex priuilegio quibusdam abbatibus indultum sit, & à tẽpore, cuius initium memoriã omnem superet, eo vsi sint iure: vt cùm vicarii perpetui, iidémq; sacerdotes seculares, qui ab iis in nonnullis parœciis designantur plebis rectores (quos curatos vocant) vita excedunt: eorum vicariorum mobilia ad Abbates illos pertineãt, vel antecessorum Abbatum mobilia successoribus in eiusdem monasterii prefectura ex priuilegio competant, quæsitum est, vtri, scilicet agnati vel cognati heredes vicariorum, an Abbates immobilium eorum possessione sint potiores. Et quidem Abbates esse possessione superiores (si nouissima possessione fuissent vsi) responsum est. Nam cùm statutum defert possessionem mobilium agnatis & cognatis sacerdotis, illud profectò intelligendum est de eo, qui simpliciter sacerdos est secularis. At quãdo ei inest hæc qualitas, ius suadet, vt potius sacerdotii sint mobilia, & res soli acquisitæ à defuncto: quàm agnatorum ipsius sacerdotis. Sed Boer. in comment

Successionis possessio an Abbatibus, aliis ve ecclesiasticis præsulibus aduersus hæredes vicariorum Ecclesiasticorum cõsanguineos, vel cognatos tribuatr, quũ ij præsules in vicariorũ mobilibus ex priuilegio succedunt?

comment. consuet. Bitur. titul. de testa. §. vj. ad finem. affirmat agnatos possessione esse potiores: sed si ii Abbates nitantur priuilegio ipsis à Franciæ regibus concesso, actione in rẽ hæc mobilia possunt persequi. Atq; ita iudicatum fuisse pro cœnobiarcha quodam aduersus quendam Franciæ Cancellarium hæredem defuncti cuiusdã cœnobiarchæ se asserentem, testatur se accepisse. Verùm Episcopi, vel Archiepiscopi generali consuetudine possunt mobilia tam contractu inter viuos, quàm testamento alienare. citátque Ioan. Fab. in §. is verò. instit. de rerum diuisio. & in l. licentiam. C. de episcop. & cleri. & plures alios id affirmantes. Tamẽ Io. Fab. ibi hac de re nihil prorsus meminit.

Episcopi & Archiepiscopi mobilia & contractu inter viuos, & testamẽto possunt alienare.

Socius an vtatur re communi pro parte sua.

SOcius an rei communis pro indiuiso possit fructus percipere pro modo partis suæ, non interpellato socio, certatum est. Quidã enim posse aiebant: cùm socius posit re cõmuni pro parte sua vti ad eum vsum, cui natura destinata est. gloss. in l. Sabinus. ff. communi diuid. Idque probat per text. in l. qui scit fundum. ff. de vsur. Nam qui scit fundũ sibi cum alio communem esse, fructus quos

Socius an rei pro indiuiso communis fructus pro parte sua, nõ requisito socio, possit percipere.

ex eo percipit: inuito, vel ignorante socio, non maiore ex parte suos facit, quàm ex qua dominus prædii est. Nec refert ipse, an socius eos seuerit: quia omnis fructus non iure seminis, sed iure soli percipitur. Alii autẽ negant. Quippe in re communi melior est conditio prohibentis. Igitur socius non accito socio non potest quidquam in re communi facere. Quare cùm pratum duobus esset commune pro indiuiso: iámque alter ex sociis secare cœpisset graminis partẽ: respõdi, alterum ex sociis posse partem fœni inuocato socio cædere, & tollere. Quod cùm fecisset, aduersus eum alter interdicto vti possidetis experitur. Excipit ille, se non maiorem fœni partem, quàm ex qua dominus esset, sustulisse: neque quidquam sibi parte sua amplius in eo prato asserere. Tamen apud regium iudicem actor & fiduciariam & irreuocabilem vicit possessionem. A qua sententia reus prouocauit: lísque apud supremam Paris. cur. adhuc pendet. Consulti verò quidam ex celeberrimis illius Curiæ causidicis responderunt pro reo eodémque appellante. Quibus suffragatur, quod tradit Saly. in l. iubemus nulli. in princ. C. de sacrosanct. eccles. Etenim (inquit ille) si duo habent fundum communem, & vnus vult eum coli, & seri: alter autem nolit: quia ceruicosus, tamẽ eum alter curat colendum & serendum, nõ
teneb

tenebitur alteri reddere fructuum partem. Adducit autem Salyce.gloss.in dicta l.iubemus.super verbo,diuidere:quæ id innuit.Id quoque confirmat Ioan. Fab. in §. in communem.Instit.de rerum diuis.& Bal.in consil.xxxvij.in v.volu.respondit socium syluã cæduam inuito socio posse cædere. Verùm, vt omni occurratur ambiguitati, solitus sum consulere,vt si in propinquo socius commoretur,testatò interpelletur, vt constituta die veniat fructuum partem percepturus: alioqui alter suam fructuum partem decerpet. Itaque hac interpellatione auferetur alteri potestas interdicti ea de re mouendi: cùm iam ipsi innotescat alterum iure suo vti tantummodo voluisse. At si socii domum cõmunem posſideant: alter autem velit eam totam locari:alter autem habitare partẽ malit: non debet hic iure suo vti prohiberi: vt scribit Bald.in dicta l.Sabinus. Porrò alter ex sociis,altero non renitente,potest totam domum communem pro indiuiso locare: quia id commodius ab vno,quàm à pluribus expeditur,vt trad. Bartol.& Paul. Castrens. in l.& hæc distinctio. §.cùm fundum. ff.locati. Sed si trium domus cõmunis fuerit,duo quidam velint eam locare, & locant inuito tertio: ipse aliorum locationi stare tenebitur,si consueuit locari:vt affirmat Bald. in l. j.C.qui testa.facere poss. Quin & scribunt

Socius domus cõmunis potest partem habitare.

Socij duo possunt inuito alio socio totã domum communẽ locare.

Barto.& Paul. Castrens.in dicta l. & hæc distinctio. §. cùm fundum. dummodo qui locat, vtiliter faciat: quia id negotiũ est huiusmodi, vt pro parte nequeat expediri, tenetur alter ex sociis locationi parere: nec adiiciunt, si fuerit locari solita: citántque l. hæredes. §. si vnus. ff. famil. ercis. Si vnus enim ex cohæredibus noxali iudicio seruum hæreditarium defenderit, & litis æstimationem obtulerit, cùm hoc expediret: id pro parte hoc iudicio consequetur. Et omnino quæ pro parte expediri non possunt, si vnus cogente necessitate fecerit, familiæ erciscun. iudicio locus est: quod & summopere notandum censet Ias. in comment. l. quominus. in xxvj. quæst. ff. de flumi. quia plurimum ponderis habet in praxi forensi Bartoli authoritas. Quòd si ea domus locari non consueuerat, non potest tertius ab aliis duobus prohiberi: quin parte sua vtatur, vt asserit idem Bald. in c. j. §. si quis. de manso. de contro. inuest. Nam in iis, quæ pluribus vt singulis communia sunt: quod maior pars facit, aliis non nocet: nempe si plurium fundus sit cõmunis: si duo in illo constituerint seruitutẽ: quoad tertius consenserit, non valet seruitutis constitutio. l. per fundum. ff. de seruit. rustic. prædio. Aliter atque in his, quæ pluribus vt vniuersis sunt communia: tum enim maioris partis factum alios adstringit. l. quæ maior

Quando plurium sociorũ facto alius stare teneatur.

maior.ff.ad municip. Hæc autem ferè omnia coegit Iaſ.in l.quominus. ff. de flumi. Quæ quoniam ſunt quotidiana, & diligentiſsimè aggregata, exiſtimaui veluti huc transplantã da, vt quæ multis nõ pateant. Tamen cũ quidã nobilis primarius pro beſſe dominus cuiuſdam clientelarii prædii ſeu feudi (quẽ dominum Pictones chimerium vocant) à capite (vt puto) ductum, quod feudi caput poſsideat, ſolitus eſſet, eiúſque maiores pater & auus vnà cum duabus ſuis partibus tertiã reſiduam partem ad alios pro indiuiſo pertinentem locare: eíque locationi ſtare alii con ſueuiſſent per annos triginta, & amplius: vnus ex ſociis primario illi denunciauit, ſe nolle vt impoſterum partem ſuam prædii illius locaret. Ille ſpreta hac proteſtatione locauit totum prædium. Itaque colonus cœpit prędii illius fructus carpere. Quare alter interdicto vti poſsidetis expertus eſt aduerſus colonum, qui primarium illum laudauit authorem. Ille verò litis defenſionem pro reo ſubiit. Poſtea tamen quamuis ea, quæ ſuprà dixi, tum allegaſſet, tum ſcripto & teſtimoniis probaſſet, ſuccubuit iudicis regii & ſupremæ Pariſ.cur.iudicio. atque non diſsimile poſtea iudicium inter alias perſonas ab eadem Curia dimanauit.

Primarius ex ſocijs ſi feudũ commune locet, an ſocij alij teneantur id obſeruare.

Societas in quibus, & quando contracta præsumatur.

Societas an præsumatur in aliis rebus cōtracta, quā in negotiatione communi.

SOcii non præsumuntur plures esse, nisi in ea negotiatione, quam communiter tractare solēt. l. cùm duobus. §. idem Papinianus. ff. pro socio. Tamen ex statuto Picton. cap. cclxxxiij. si plureis simul habitauerint, & in commune ex operis lucrum & fructus rerū immobilium redegerint per annū & diem: si modo maiores xxv. annis sui iuris, & plebeię fuerint conditionis, tacitā contrahūt societatem: & in eam societatem venit, quod alterutri ex sociis ab alio donatum est: nisi id nominatim exceperit, vt cauetur eiusdem statuti c. cclxxxiiij. quamuis contra sit iure scripto proditum: nempe vt donata in societatē non conferantur. l. coiri societatem. ff. pro socio. & respondit Philip. Dec. consi. xx. in j. consil. parte. Sed & eodem statuto capit. cclxxxv. & vj. & vij. cautum est: vt filii loco defuncti patris cum matre vel patre plebeio societatem tacitam ineant: iique omnes filii vnam personam gerant, & pro vno censeantur, atque etiam vnus tantam partem faciat, quantam omnes simul filii. Sed si defuncta mater donationē mobilium suorum in virū contulerit, filii eam cum patre non contrahunt societatem: quoniam pater fructus rerum filii

Donata vni ex sociis ab extraneo an in societatem cōferantur.

Filij defuncti cum, superstite matre, societatem tacitā

rum filii in certum vſque tempus ex eodem ſtatuto c.cccccxxij. & iij.ſuos facit. Itaque nihil habent,quod in ſocietatem poſsint cõ ferre. Aliter atque ſi pater matri donauerit mobilia. Nam cùm mater rerum ad filium pertinentium fructus ſuos non faciat: filius cum ea defuncto patre cõtrahit ſocietatem. Sed ſi vitricus aut nouerca ſuperinducta fuerit, dubitatum eſt: quota parte ſocietas inter eos & filios prioris matrimonii continuaretur. Et quidem vſus vulgò id apud Pictones ferè obtinuit: vt ſi quidem vitricus, vel nouerca ex alio toro non habeat liberos, pro tertia parte filii ſocietatem contrahãt. Atq; is vſus defendi poteſt authoritate ſtatuti Aurelianenſis: quod vult, vt ſi quis cum coniugatis ſocietatem contrahat,non niſi tertiam partem aſſequitur,vt not.in titul. de ſocieta. c. ij. At ſi liberos habeat pro quarta parte. Nam mater,vel vitricus ſinguli quartam filii ex vnoquoque thalamo quartã obtinebunt. Sed accepimus ſupremam Pariſ. cur. claſsibus coactis conſtituiſſe,vt ſi ex vno toro ſint liberi: pro quarta duntaxat parte cum patre vel matre ſuperſtite,vitricóque vel nouerca hanc coeant ſocietatem, & nouercæ vel vitrico reliquas partes deberi. Tametſi Petr. Rat in commen. conſuet. Picto.c.ccxlv. in gloſſ.ij.aſſerat areſtum ab eadem Curia prolatum 22.die Martii 1542.in eandem ſententiam

contrahunt, itémque cum patre, defuncta matre, ex ſtatuto Pictonum.

Quota ex parte vitricus, aut nouerca ſuperinducta cum filÿs defuncti ſocietatem tacitam contrahat.

tiam. Idque ita fuiſſe iudicatum: quòd inter ciues Pariſienſes controuerſia ea de re exiſteret: atq; id nominatim ſtatutorum Pariſ. c.cxviij.cautum eſſet. Tamen cùm illud areſtum (cuius modo mentionem fecimus) ſit decuriis omnibus accitis conſtitutum, aut aliud areſtum eſſe ab eo, quod ipſe Rat citat, aut certè non fuiſſe Curiam ſtatuti illius Pariſ. authoritate ductam, vt ſic ſanciret. Nam exploratum nobis eſt, cum noſtro & cohæredum noſtrorum nomine areſtũ exequendum nobis eſſet aduerſus debitoris communis noſtri defuncti liberos, eorúmque nouercam: atque opinionem clariſsimorum in eadem Curia cauſidicorũ rogauiſſemus, nobis fuiſſe reſponſum: vt aduerſus eoſdem liberos, tanquam defunctæ ſuæ matris hæredes, pro dimidia parte licere experiri. Areſtum itaque executioni mandauimus pro quarta parte aduerſus illorum nouercam, & pro alia quarta parte aduerſus eoſdem liberos, & alios liberos ſecundi coniugii, tanquã hæredes patris defuncti. Illud enim areſtũ latum fuerat conſtante priori matrimonio aduerſus eorum patrem. Rursúſque Curia ſuprema ſuper areſti executione ita haud renitentibus iiſdem liberis iudicauit. At ex hoc reſponſo innueretur liberos prioris matrimonii in dimidiam partem vocari: nec intereſſe videretur, quòd conſtante priori cõ-
nubio

nubio latum fuiſſet prius areſtum. Nam in ſocietate coeunda mobilium & quęſtuum venit æquè æs alienum ante ſocietatem contractum, ac illud quod poſt ſocietatem conflatum eſt. Proinde videretur nouercam tantummodo in ea ſocietate quartam partẽ accipere, & liberos prioris tori tanquam hæredes matris defunctæ dimidiam ſumere: & patrem duntaxat quartam alteram. Hæc autẽ diuiſio ea niteretur ratione, quòd liberi prioris tori, vt pote, qui minores ſint, dimidiam illam partem, quam cum patre ante ſecundas nuptias habebant, nequeant minuere. Imputandúmque ſit vitrico, vel nouercæ in ſocietatem venienti: quòd aliter ſibi nõ proſpexerit. Quippe, qui admittitur ſocius, ei tantum qui admiſit, ſocius eſt. l. qui admittitur. ff. pro ſocio. Sed contrà vrget, iniquum videri, vt liberi, qui nullas operas in ſocietatem conferre poſſunt, plus auferant lucri, quàm pater & nouerca, qui non paruo æſtimandas operas præſtant. Quamobrem æquius arbitrarer: vt priſcus ille mos pro triente, vel tertia parte retineretur. Itaque cùm hæc facti ſpecies contigiſſet, areſtũ latum eſt die 7. Septemb. 1552. inter Ioan. Guion appellantem à pręfecto iudicio de Cyncay & Magiſt. Pet. Nycaud appellatũ in tertia ſupre. Pariſ. curię claſſe rogatis aliarum claſſium ſententiis, & poſt confuſa teſtimonia ſuper illius

moris

moris probatione confecta (quæ turbas vocant) quo quidem aresto tertia pars societatis præfato Nycaud vitrico fuit adiudicata: licet bonorum fuisset priuigni curator generalis à iudice creatus. Quamuis enim minor non posit secundum ius scriptum societatem contrahere, vt no. in l. vt in conductionibus. ff. pro socio. Verùm statuto illi Pictonum concinnit, quod tradit Bald. in l. mandatum. C. mandati. & in l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. nempe si tutor pupilli pecuniam & fructus cõmunicet his, quibus defunctus pupilli pater cõmunicabat, vel iisdẽ institoribus vtatur, actu tacito societatem cõtinuat. Nec refragatur, quod authoritatẽ verbo non impertiat tutor: quia id locum habet in actibus expresis, secus autem in tacitis. Sanè licet disceptatum sit, an hæc societatis cõtinuatio habeat locum inter patrem, matrem & filios generosos & nobiles: propterea quod statutum adiicit hæc verba, plebeiæ conditionis, igitur expresio vnius videtur alterius exclusio. l. cùm prætor. ff. de iudic. & c. nonne. de præsumpt. Tamen nõnulli ex c. v^{c}. xiiij. eorundem statutorum eliciunt etiam inter nobiles, & genere claros huic societatis continuationi locum esse. Ibi enim traditur, patrem legitimum esse filii, eiúsque bonorum administratorem siue nobilis, siue plebeius sit: & quandiu inuentariũ non

Filius an cum patre nobili, defuncta matre, societatem tacitè coëat.

non confecerit: filius cum eo contrahet societatem: si id filio cõmodum videatur. Verùm coniici posset hoc capitulum secundum præcedentis verba etiam aperta esse intelligendum, quibus disertè cautum est: si vir, vel mulier plebeiæ conditionis moriantur, alter ex iis superstes cum filiis cõmunibus societatem coit, ne statuentes videantur statim se correxisse secundum nota. in l. nam ad ea. ff. de condi. & demonstra. Sed audiuimus contrà fuisse à sanctiore Principis consilio iudicatum: nimirum, vt pater & etiam nobilis hanc societatem ineat cum filiis. Huius quoque aresti meminit Pet. Rat in commentar. consuet. Picto. c. ccxlv. in j. glo. aítque pronunciatum fuisse anno Do. 1543. Insusurrãt tamen nonnulli illud aulici cuiusdam gratia, magis quàm vel statuti, vel ex iuris amussi contigisse. Porrò si pater, vel mater superstes filiorum tutelam, vel administrationem à iudice accipiat: curatorémque ad inuentarii confectionem eis dandum curet, eóque vocato ipsum per iudicem, vel actuarium, vel alium quempiam ab eo delegatum conficiat: securus erit ab illius societatis coitione. Id enim apertè iudicant verba illa statuti: tantisper dum inuentarium non fecerit. Nam cùm hæc societatis continuatio ex tacita & præsumpta quadam voluntate patris à statuto inducatur: potest tacita vtique voluntate

tolli

tolli. Omnis enim res per quaſcunque cau-
ſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. At quo
ex actu poterit magis voluntas diſſoluendæ
ſocietatis deprehẽdi, quàm ex inuentarii cõ
fectione? Quocirca ſcimus à iudice oppido
quàm perito fuiſſe patrem ab huiuſmodi ſo
cietatis nexu liberum pronunciatum, ob ſo-
lam inuentarii confectionẽ: quam poſt vxo-
ris mortem adhibuerat. Sed præſtat alia etiã
inuentarii confectioni addere. vt puta tute-
læ dationem, & curatoris ad inuentarii actũ
creationem. Id quoque inuentarium nõ le-
uiter & perfunctoriè, ſed bona fide, & inter-
ueniente ſolẽnitate legibus cauta debet cele
brari, nempe ſubiici etiam debet mobilium
æſtimatio à viris probis facta: alioqui ſocie-
tatis non inducit diſſolutionem: etiam ſi fa-
cultates & diuitiæ ſint exiguæ: vt ſupremæ
Pariſ. cur. areſto iudicatum eſt die 23. Decẽ-
bris 1529. in primaria claſſe: quæ diiudican
dis appellationibus à ſententiis tabellari-
bus præeſt (quam magnam inqueſtarum ca-
meram vocant.) In qua quidem controuer-
ſia pater cauſabatur res mobiles ſibi & defun
ctæ vxori cõmunes quinquaginta franciſcis
Pariſiẽſibus vix valuiſſe: proinde plus fuiſſe
expendendum in inuentarii confectione,
quàm res communes conſtitiſſent: licet aliis
in caſibus voluntatem actus quoque nullus
declaret: vt probat text. in l. vlti. ff. de rebus
eor. &

eor.& in l.legatum.§.vlt.ff.de adimen. lega. Donatio enim inutilis legati parit ademptionem. His autem adstipulantur, quæ scribit Pyrrh.in comment. consuet. Aurelia.titul. de societa.c.iij.vbi simile, atque Pictonum, enarratur statutum. Nûm verò sit hæc societatis coitio ad alios hæredes viri, vel vxoris defunctæ extendenda, non admodum dubitari debet, quoniam cùm illud statutum à iuris tramite recedat: quippe quòd minor regulariter societatem non contrahat, & in hęredem non transeat societas. l. hæres socii. ff. pro socio. ad similes casus nō porrigitur, & statutorum verba restrictè, & in suis tantum verbis & terminis accipiēda sunt: quāuis apud Aurelias nominatim statutum ad alios quoq; hęredes, quā filios id protrahat.

Succeßióne fratribus delata, an præferantur vtroque latere coniuncti.

SVccesſio cum mobilium & immobilium à fratre defuncto acquisitorum fratribus defertur, præferuntur vtroque latere coniuncti aliis, siue consanguineis, siue vterinis tantùm, vt not.in authent.cessante.C.de legit.hæred.& statu.Picto.c.ccxxvj. Sed cùm Blesensis regionis statutū.c.clv.tradat simpli

citer cõiunctum vtroque latere aliis fratribus præferri: aresto summæ Paris. cu. die 21. Martii ante festum Paschatis iudicatum est, id non solùm de mobilibus, & rebus immobilibus acquisitis, sed etiam de antiquo fratris defuncti patrimonio intelligendũ esse, vt magis sententiæ iuris communis illud statutum conueniat. argu. eorum quæ not. in l. ij. C. de noxa. act. Quippe crebrior scribentium in authen. post fratres. C. de legiti. hæred. ea est opinio: vt in omnibus defuncti fratris bonis frater vtrinque coniunctus succedat, nullo discrimine interposito ex vtra linea, an materna, an paterna proficiscantur bona. Quamuis verò paterna paternis, & materna maternis tribuantur, per l. de emancipatis. C. de legit. hæred. tamen id secundum aresti illius præiudicium accipi debet inter agnatos & cognatos, sequentium post fratres graduum, non autem inter fratres. At in specie statuti Picto. aut vbi vigeret statutum, quo prædia sequantur gentis stipitem, à quo fluxerint: arbitrarer huic aresto locum non esse. Sed quod ad intellectum huius generalis consuetudinis pertinet, qua prædia successione obueniunt his ex quorum stipite prædia deriuarunt: plurimũ conducit ea species, quam ex facto contigisse suprà asseruimus, vbi de nepotum diximus successione.

f. 322.

Subrog

Subrogatio, an intra annum petenda?

SVbrogatio à resignatario peti potest, si resignatio ritè publicata fuerit: licet per annum post resignationem resignans beneficium possederit. Quapropter quod vulgò dicitur, subrogationem esse petendam intra annum & diem: id est, intelligendum à die adeptæ possessionis per eum, qui subrogari in lite cũ resignante cœpta, postulat: vt summa Paris. curia iudicauit die 11. Decembris, 1543. quod additum velim iis quę hac de re in forensium institut. nostrarum libro primo tractauimus. Quemadmodum autem publicatio sit facienda, latè traditum est, serenissimo huius Regis nostri Henrici, hoc nomine secundi, edicto Iunio mense promulgato, & die 24. Iulii sequentis, anno Domini 1553. in supremæ Parisi. curiæ acta relato.

Subrogatio in lite de beneficio mota an à die mortis nouissimi possessoris, an à die apprehẽsæ possessionis intra annum sit petenda?

Testamenti executor quatenus est in possessione mobilium defuncti.

Testamenti exequutor an sit in possessione mobilium defuncti vsque ad quantitatem solummodo, quæ in causam piam debet expēdi, an quæ in aliam & non piam causam debet insumi.

TEstamenti executor ex multarum Galliæ regionum statutis inducitur in possessionem rerum mobilium ad defunctū pertinentium, sine alia vlla facti apprehēsione: quod quidem nonnulli ad legata in piam causam restringunt, vt eorum legatorum nomine executor testamēti sit in possessione. Cui congruit quod tradit Bald. in c. ij. de consuetu. in antiq. per illum text. Nam si quis donet fundum ecclesiæ & glebam ex eo tradat sacerdoti, vel rectori illius ecclesiæ: censetur non solùm transferre dominium, sed etiam possessionem. Itaq; fauorc animæ scribit Bald. ibidem duo hæc specialia cōcurrere, videlicet, & dominii & possessionis translationem. Proinde videtur testamenti executorem nomine eorum solummodo, quę in piam causam legata sunt, in rerum mobiliū defuncti possessione esse. Sed contrà à suprema Paris. curia, minoribúsque iudicibus frequenter pronunciatum est: vt

eſt:vt etiam eorum gratia, quæ ad piam cauſam nõ ſpectant, teſtamẽti exequutor in rerum defuncti ſit poſſeſsione. Nam ſtatutum Pictonicum ſimpliciter ait, hos exequutores vſque ad eorum, quæ teſtamento perſcripta ſunt, quantitatem, modúmque in ea poſſeſsione tuendos. Sed an hi, quàm hæredes ſint poſſeſsione ſuperiores, ſuprà in litera, E. declarauimus, atque hæc ibi attexuiſſemus, niſi quòd hîc ea fore magis obuia duximus, & inueſtigatu faciliora.

Teſtis vnus, an in iudicio poſſeſſorio Galliæ moribus ſufficiat?

TEſtis vnus in iudicio, quod de poſſeſsione intenditur, ſufficit: vt ſecundum alterum ex litigantibus, à quo ſtat, pronuncietur. Nam pleriſque in locis iuris noſtri interpretes in controuerſia de poſſeſsione mota probationẽ (vt aiunt) ſemiplenam habenti ad victoriam ſatis eſſe tribuendam confirmant. In híſque Bartol. & Bald. in l. ij. C. vbi in rem actio. Latiùs idem Bart. in l. j. C. quor. bono. at ſemiplena probatio ex vnius teſtis, qui de ipſo facto teſtificatur, conſtat aſſeueratione: vt tradit ipſe Barto. in l. admonendi. ff. de iureiurã. & in l. maritus. ff. de quæſt.

Sentit tamen Bartol. in dicta l. admonendi. iusiurandum, vi semiplenæ probationis, ex vnius testis dicto resultantis esse prius deferendum, quàm victoria illi adiudicetur. Id autem ea ratione fulciunt, quòd leuissimi damni, seu (vt dicunt) præiudicii sit sententia super possessione dicta: vt pote, quæ petitorio iudicio facilè reformari, restaurarìq; possit: vt no. in l. vnica. C. si de momen. pos. fue. appel. Ibi enim vetatur appellari à sententia, quæ de possessione lata sit. Sed id apud nos exoleuit. Nam cùm in tria capita retinendæ possessionis interdictum moribus nostris partitum sit, nimirum in sequestrationis, fiduciariæ, itémque plenissimæ & irreuocabilis possessionis partes: non solùm in plenissimæ, sed etiam in fiduciariæ possessionis capite, vnius testis, quantũuis perspicuum ferat testimonium, nulla ratio habetur: ita, vt ne ex ipsius quidem dicto iusiurandum ad perficiendam probationem, quæ alioqui semiplena, seu (vt cõcinnius dicatur) affecta tantũmodo erat, non liceat deferre. Quoniam moribus nostris possessio non leuis esse momenti semper fuerit existimata. Ferè enim potissimam iudiciorum & forensium actionum partem occupant vti possidetis, & vnde vi interdicta, vel in locum interdicti subrogatum iuris Pontificii remedium: quod pragmatici redintegrationem,

Frequentissima apud nos interdicta.

vel

vel etiam crassius reintegrandam vocant. Si quidem vbicunque his remediis potest retineri, vel aduocari possessio: ad alia non cōfugitur. Nam in retinendæ possessionis interdicto sententia de fiduciaria possessione, aut in redintegrationis iudicio lata ab iis quidem iudicibus, à quibus recta ad supremos concessus prouocatur, submota appellatione traditur effectui, quamuis liceat etiam appellare moribus nostris, vt copiosius libro institut. nostrarum primo ad finem explanauimus. Atque etiam in hac sententia sunt Ioan. Imol. in dicta l. admonendi. prout refert & sequitur Feli, in c. cùm Ioannes. pe nulti. col. de fide instrumento. Nempe vt in possessorio iudicio vnius testimonium non sufficiat, vt posit iusiurandum deferri, propter §. commodum. insti. de interdict. Nam haud exiguum commodum censetur, possidere. At testis vnus sufficit in iis duntaxat, quæ sunt minimi damni, seu præiudicii.

Transigere, in quibus criminibus liceat.

TRansigere super falsi crimine permitti ferè nemo non scribētium in l. transigere. C. de transact. asseruit, præter vnū Alciat. (quem viderim) cuius vnicū iudicium alio-

rum suffragiis lōgè potius duco, & sicut Antigono philosopho profitenti solius Platonis præsentia pro frequenti auditorum cœtu habita est: ita Alciati opinionem hac in re cæterorum anteposuerim sentētiæ. Nam ex verbis illius legis, citra falsi accusationē, ait, falsi crimen non excipi: propterea, quòd citra propositio, idem significat, quod sine: vt nimirum velit, transigi nō posse sine falsi crimine super criminibus pœnam sanguinis nō irrogantibus, id est, qui super hisce criminibus transigit, crimen falsi incurrit. Itaq; sentit Alciatus, dubitanter tamen, non permissam esse super falsi crimine transactionem, quòd sanguinis pœnā nō irroget. Verū siue hac ratione, siue alia quauis non licet moribus nostris super falsi crimine transigere: idque pluribus supremæ Paris. cur. decretis comprobatū est. Nam vbi falsi quæstio apud eam tractatur, solet ea Curia, postulante primario regis procuratore, litigantibus interdicere, ne super eo crimine transigant. Ideo cùm quidam alterum accusasset testium subornationis, & accusati propinquo, vel affini accusator ius suæ accusationis cessisset, non leui nummorum quantitate expromissa: ac super ea cessione lis apud supremam illam Curiam fuisset disceptata, sancitum est, vt accusator atque is, cui accusationis ius cesserat, coram Præfecto Pictonicę regionis primario

Trāsigere super falso moribus nostris prohibetur.

mario ex vinculis, ſeu ore proprio cauſam dicerent, prout regius in eadem Curia aduocatus pro regio procuratore generali ad eā litem ſe adiungens poſtulauerat.

Tutela.

TVtela, qua hodie vtimur in his Galliæ regionibus, quæ moribus reguntur, potius datiua cenſetur, quā legitima. Nam vt legitimi & teſtamentarii tutores etiam ſint, debēt poſtulante iuriſdictionis (in cuius territorio defunctus pupilli pater mortis tempore domicilium habebat) procuratore, vel alio quopiam impulſore in ius vocari ad eiuſdē iuriſdictionis iudicem agnati, & cognati, vicini, vel affines pupilli, vt ad nominandum & eligendum pupillo tutorē accedant. Itaq; ex eorum nominatione decernet, & pronunciabit eum, ad quem ea res pertinebit, tutorem: ſatiſdationémque ab eo exiget vnà cum iureiurando rectè benéque res pupilli adminiſtratum iri. Et quamuis inquiſitione datus tutor non ſatiſdet ſecundum ius commune: vt not. in §. ij. ff. de ſatiſdat. tut. & in l. ij. C. de tut. qui non ſatiſde. Tamen hodie ſatiſdare debet moribus Galliæ receptis: cùm hæc inquiſitio ſummatim expediatur: vt innuit Ioan. Fab. in dicta l. ij. C. de tut. qui non ſatiſde. & expreſsim aſſerit Chaſſa. titulo,

Tutela moribus noſtris an datiua, an vero legitima ſit?

Tutor ex inquiſitione datus, in Gallia ſatiſdat.

des enfans de plusieurs lictz. §. vj. in gloss. *&* *prendra*. Mater tamen non satisdat moribus nostris: etiam si non fuerit testamento data tutrix secundum ius commune, vt not. in authen. matri & auiæ. C. quando mul. tutel. off. fung. po. licet alii legitimi satisdent, præterquàm patronus, vt not. in dictis locis. Neq; moribus nostris mater renunciat Velleiano, & secundis nuptiis: vt tradit Boer. titu. *de l'estat des personnes*. §. vj. in comment. consuet. Bitur. Atque id vulgò obseruatur. Nec verò alicui cuiusquã generis tutori licebit sine iudicis authoritate rerum pupillarium administrationem suscipere: vt probat text. in l. iij. ff. de administra. tut. & l. vlti. §. ne autem. C. eodem titu. Ioan. Fab. in §. j. instit. de Attil. tut. Itémque tutori præcipitur à iudice, vt intra tempus legitimum inuentarium conficiat. Id autem varium est pro cuiusque regionis more. Nam apud Pictones statuti sunt in eam rem xl. dies, vt c. cccxij. statutorum Pictonic. traditur: alioqui mulcta cõstituta plectitur: ea autem est lx. solidorum, vniúsque denarii. Verùm minuitur ferè vsq; ad xl. solidos. Quod si amplius moretur inuentarium conficere, poterit compelli mulctis iudicis arbitrio taxandis. Potest tamen moribus nostris administrare ante confectum inuentarium: nec ab agendo, vel defendendo propterea repellitur: licet iure contrà sit

Mater tutrix an satisdet, an etiam Velleiano, & secundis nuptiis renũciet?

Tutelam nullus tutor sine iudice assumit.

Intra quod tempus tutor inuentarium debet conficere.

An liceat tutori agere ante confectum inuentarium.

trà ſit proditum.l.vlti.C.arbitr.tut. Delegatur verò inuẽtarii confectio,vbi tenues ſunt pupilli facultates,actuario iudicis, qui tutorem dedit:ita tamen, vt iuriſdictionis illius generalis procurator interſit vnà cum tutore inuentario conficiendo. Remittitur autẽ nonnũquàm illius quoque procuratoris vocatio propter pupilli inopiam. Sed ſi quis tutor decernitur, nec fuerit præſens,imperat iudex, vt id ei denuncietur: diéſque dicatur,qua iuſiurandum hac in re ſolitum accedat præſtiturus,vt probatur ex nota.in l.penulti.C.de peric.tuto.& in l.quinquaginta. C.de excuſa.tuto. Tametſi verò quibus defertur hæreditas, etiam tutela cõpetat, vulg. iuris regula,quo tutela redit,eo & hæreditas peruenit. Ideóque mater, quæ ſtatutis ferè omnium noſtrarum Franciæ regionum filio in rebus ſoli non ſuccedit, ſed tantũ in mobilibus,videatur etiam filii tutela ſubmoueri. Tamen Salyce.in authenti. matri & auiæ.C. quando mul.tute.offi.fungi po.& Alexand. Imol.conſil.cc.lib iij.&Boer.in §.vj.eiuſdẽ titu.ſuprà cita. aſſerunt matrem à tutela filii non repelli. Nam cùm ea ſtatuta iuri communi aduerſentur: quòd matrem ad ſucceſſionem filii vocabat & in rebus ſoli,& ſe mouentibus,vt not. inſtitut.ad Senatuſconſultũ Tertyl.§.penul.ff.& C.eod.titu.reſtringenda ſunt, vt perniciem matri vltra ſuam ſpeciem

Qui intereſſunt inuentario cõficiẽdo.

Tutor abſens an poßit dari.

Mater à tutela non repellitur, licet ab hæreditate filij ſit excluſa per ſtatutũ.

ciem non afferant. Nam ex formarum siue specierum similitudine ad iuris correctionẽ non est sumendum argumentum: glos. vulg. in authen. quas actiones. C. de sacrosanc. eccles. Mater autem auo paterno moribus nostris prefertur: licet Iacob. à Bello visu in authent. vt liceat matri & auiæ. contrà iure cõmuni esse proditum scribat: quòd nisi deficiente sexu masculino, fœmineus nõ sit admittendus. Cuius opinionem sequitur Petr. Rat. in comment. consuetu. Picto. c. cccxiij. Sed illos mores nostros propugnat, & tuetur, quòd hodie in successionibus sublata est agnatorum & cognatorum differentia: vt notatur in authentic. de hæred. ab intesta. & l. maximum vitium. C. de libe. præte. & exhę. & huic sententiæ subscribit Bart. in l. si quis sub condi. ff. de testa. tut. Atqui non nisi volens mater, aut auia hoc tutelæ onus subit: vt not. Barto. in dicta auth. matri & auiæ. Nec etiam moribus nostris donationem à viro in se collatam amittit, nec filii quoque successionem, si intra annum tutorem filio nõ petierit: cui aduersatur l. omnem. & ibi not. C. ad Tertyll. prout scribit Masuer. tit. de tuto. atque ita in hunc vsque diem obseruatur. Mulctatur autem mater huius segnitiei, nomine pecunia pro iudicantis arbitrio. Sanè datiua non adeò existimanda est, quæ apud nos vsurpatur, tutela: vt si agnati, vel cognati quibus

Mater an in filij tutela auo præferatur?

Pœnæ matri indictæ ob tutorem filio nõ petitum, an in Gallia locum habeant.

quibus defertur hæreditas, concurrant cum his, qui ab aliis consanguineis nominati sunt tutores, seq́; illis cõtendãt anteponi, nõ sint præferendi: dũmodo sint idonei, quoniã nõ ideo consanguinei desinunt tutores esse legitimi: quòd à iudice dentur, siquidem legitimis etiam debet à iudice decerni tutela, vt not. Bart. in l. legitimos. ff. de legit. tut. atque id obseruatur etiam in matre, quæ tutrix filii à iudice datur, seu declaratur, vt non sit datiua, sed legitima: sicut asserit Chassa. titul. *des enfans de plusieurs lictz.* §. vj. in glo. *& prẽdra.* Idem quoq; de patre affirmat Chassa. in eodem titu. §. vij. in gloss. j. Non enim tam latè capienda est legum abrogatio: vt statim ob vsum quendam, qui etiam ex legibus proficiscitur, ab illis omnino desciscere oporteat. Cæterùm etsi iure imperiali non teneatur pater reddere administrationis de filiorum bonis gestæ rationem: vt prob. text. in l. cùm oportet. §. nos autem. C. de bo. quæ lib. tamen quia statuto nostro Pictonum capit. cccxiiij. traditur postulantibus filii consanguineis patrem ad inuentarium celebrandũ posse compelli. Videretur eum quoque teneri rationem gestionis suæ reddere, sicut in similis statuti Burgundiæ casu affirmat ipse Chassa. in dicta glos. j. §. vij. Sed contrà ego censeo, quoniam ex alio capite eorundẽ statutorum pater rerum immobilium, fructus suos

An tutor à cõsanguineis nominatus pupillo, præferatur propinquiori ipsius pupilli consanguineo.

Pater an teneatur inuentarium de filij pupilli bonis conficere, item an rationem reddere.

ſuos vſque ad vigeſimúm filii annum facit: niſi filius vxorem prius duxerit: tunc enim filius rerum ſuarum fructus ſuos facit, vel ſi non ducta vxore xxv. annos attigerit & pater defuncta vxore nouercam filio ſuperinduxerit. Quod ſi ad alias non tranſierit nuptias, tandiu fructus ſuos faciet pater, quoad filius in patris poteſtate erit, neq; matrimonio ſe copulauerit: ídq; etiã, ſi res illę immobiles à patre ipſi filio fuerint donatæ: niſi in iis pater vſumfructum ſibi donando exceperit. Qua in re videtur vacillare ſtatutum illud. Nam in principio cap. ſequentis ait, filium res ſoli, vel mobiles quærere poſſe, etſi fuerit in patris nexu, & cum eo commoretur: neque iuris aliquid in iis habet exacto filii vigeſimoquinto anno. Sed ſi ante xxv. annum filius mobilia acquirat, patris fiunt: & ſimiliter fructus immobilium: ſed proprietas ad filium, non ad patrem pertinet. Mihi tamen vero propius videtur, mobilia à filio ante xxv. annum quæſita ex ſtatuti illius ſententia ad patrem pertinere. Sed & res ab extraneo ita filio donari poſſunt, vt vſusfructus patri non quæratur: vt probat textus in authen. excipitur. C. de bon. quæ libe. Sed ſi filius fuerit emancipatus, eiúſque res pater adminiſtrauerit, tenebitur adminiſtrationis huiuſce, & fructuum à ſe perceptorum calculum ſubducere, & rationem ponere: vel ſi

res

res illas filio antea donasset. Quare si fructus sacri beneficii (quod præbendam nominãt) receperit, eorum nomine tenebitur, vt probat text. in l. litis. §. vlti. ff. de negot. gest. vbi Bartol. ita in illo præbendæ exemplo se vidisse obseruatum testatur. Hunc quoque sequitur Stepha. Aufre. in decis. Tholo. quæstio. cl. Cæterùm illud à foro recessit, tutorem, vel curatorẽ minoris ad agendum non admitti, priusquam inuentarium exhibeant, vt tradit Barto. in l. j. ff. de curat. bon. dand. Háncque rationem ædendi inuentarii tradit: vt absque rerum descriptione exhibeatur, nempe initium inuentarii: quo prænotatum sit à quo, de cuius item rebus, & cuius postulatu confectum sit. Nam sufficit scripturam publicam, quæ tutoris dationem cõplectatur, exhiberi. Planè curator bonis inuitus non datur. l. ij. §. quæritur. ff. de curat. bon. dand. at curator inuitus in litem ordinatur, vt tradit Ioan. Fab. in §. item inuiti. institu. de cura. non tamen iudicatum solui satisdat: & hoc etiamnum ius apud Gallos inualuit. Solet enim plerunq; procurator, qui iudicio adest pro minore ipsius in eam litẽ curator constitui. Nam & horum curatorum hodie munus necessarium est, sicuti aduocatorum, vt id compellantur subire: prout in nostrarum institut. lib. j. fusius traditum est. Tutor autem priuigni vitricus, vel socer nurus pot

rus poteſt effici.l.vlt.C. de contra.iudic.tutel.& l. licet.C.de excuſa.tuto.& Ioan.Fab. qui & has leges citat in §.item reſcripſerũt. inſtitu.de excuſa.tut. Maritus verò non poteſt ſuæ vxoris eſſe curator ſecundum ius commune:vt probat text.in l. ſi vxorem. C. de cond.inſer. quia remanebat in patris poteſtate. at moribus noſtris eſt in viri poteſtate:ita vt ſine eius authoritate nequeat iudicio experiri: vt refert Ioan.Fab.in l.j.C.de bon.mater.Quod tamen ibi intelligit in foro laico duntaxat obſeruari:ſed in foro Põtificio, ſeu eccleſiaſtico poſſe non adhibita hac authoritate. Sed id hodie vix aditum reperiret, quoniam de re profana, vel perſonali actione inter laicos moribus noſtris diſceptari non poteſt:vt affatim lib.inſtitutionum noſtrarum forenſium primo expoſuimus. Tum quia communi ſacerdotum, nobilium, & plebeiorum conſenſu ædita ſunt ſtatuta noſtra municipalia, æquè ſacerdotes, ac omnes alios adſtringuunt.

*

Vſus

Vsus rei ad modum refertur.

VSus rei ad modum, non ad quantitatem referendus est, vbi is est concessus. gloss. & Alberic. Rosa. in l. item fundi. ff. de vsufruc. Nam si quãdo lege, testamento, sententia, contractu caueatur, quem secundum patrisfa. consuetudinẽ facere, aut vti debere: id non quantitatis intuitu, sed modi accipiendum est. Si enim paterfa. lignum syluæ cæduæ, quod vno plaustro exportaretur, cædere quotannis consueuisset: propterea, quòd amplius illi non esset opus: ei tamen, qui vti debet, secundum illius morem lignum vsque ad decem plaustrorum onus secare, & euehere licet, si tanto indigeat. Quòd si paterfam. quinquennio quoque duntaxat lignũ cædere solitus fuisset: non poterit is, qui vti debet, ex eius more alio tempore, quàm quinto quoque anno lignum excindere. Quippe ea temporis designatio ad modum referenda est. Itaque, si ante quinquennium opus habeat, cædere non poterit, vt tradit Boer. in decis. Burdegalens.

Vsus rei concessus vtrum ad modum, an ad quantitatem sit referẽdus.

Vsus syluæ cæduæ si legetur ab aliquo secundum suã ipsius consuetudinem, quo modo is est intelligendus?

galenſ.quæſtio.lj. Proinde licet coniicere, quid ſit inter quantitatem & modum diſcriminis: quod latè exequutus eſt. Claud. Cantiũ. in locis legalibus in loco à toto: vbi modum cenſet eſſe determinationem dictioni adiectam, qua limitatur dictio, & fit determinatio pars dictionis: veluti Seius habuit animum poſsidendi, ſi adiiciatur determinatio, nimirum bona fide poſsidendi, tunc poſſeſſio relata ad bonæ fidei poſſeſsionem ſimplex dicitur, bonæ fidei autẽ poſſeſsio, quia determinationem habet, dicitur pars in modo. Quantitas verò apud iureconſultos, vel eſt diſcreta, vt ſumma pecuniæ, vel continua, quæ ex quotis conflatur partibus, veluti dimidia, quarta, & id genus. Quin Zazius Vdal. in ſingu. reſponſis c. xv. lib. ij. affirmat, quòd cùm vicinum oppidum Neapolis in Briſgoia villæ vicinæ permiſiſſet, vt lignis ex ſylua ligneti ad comburendum vteretur: atque eo tempore villa fuiſſet exigua, vix quadraginta habitata ruſticis: nunc ſit adeò amplificata, vt duplo vel triplo plures eam incolant: non poteſt oppidum negare vſum illum eius villæ incolis: citátque ad hoc tex. in l. damni. §. ſi is, qui vnas. j. ff. de damno infect. Sed etſi Iaſ. in l. vlti. C. de verb. & rer. ſignifi. tradat, ſi quis conceſſerit alicui, & familiæ ſuæ prædium cum vſu illius, ſuæque familiæ in quodam nemore, ſi decedens plu-

reis

reis ille reliquerit liberos, quorum quisque numerosam habeat familiam: vna quæque familia filiorum non potietur hoc vsu, verum restringetur pro modo familiæ, quam viuẽs pater habebat. Attamẽ Petr. Rat in commẽt. consuetud. Picto. c.clxxj. in gloss. *pour leur dict laborage.* ab ea discrepat opinione, siquidem plureis illi filii simul in prædio commorentur, sintque ad eius culturam necessarii. Nam tunc vnica censentur familia, adducítque l. vlti. C. de verbo. signifi. imputandúmque concedenti, quòd cùm legem potuerit apertius dicere, id prætermiserit. Sinautem seorsum habitẽt, vel amplior sit familia, quã ad colendum prædium opus sit, ad morem pristinũ vsus ille reuocabitur: quo is, cui cõcessus vsus fuit, vti consueuerat, citat quoq; l. si habitatio. ff. de vsu & habita. Ad quam & nos opinionem omissa Iasonis sententia accedimus. Nam eiusmodi vsus magis prædio, quàm personis dari censetur. Vnde & Zaz. in singula. iur. intell. lib. j. c. xj. eleganter disserit huiusmodi seruitutes innominatas esse reales, & contra quencunque possessorem competere, nec cum persona finiri: citátque ad hoc Bald. in l. vlti. C. de condic. indeb. & l. Mela. ad finem. ff. de alimen. lega. & l. prioris. ff. de seruitu. rustico. atque ita in Germania vulgò obseruari tradit. Cui suffragatur, quod tradit Ioan. Fab. in §. æquè. insti.

Vsum nemoris & innominatas huiusmodi seruitutes in Gallia reales esse.

de actio.nu.5. vbi profert exemplum: si quis cõcedat vsum in nemore ad calefaciendũ & vtendum, prout opus erit in illa domo, vel castro tuo, is vsus realis iudicatur: quia domus ila sarta tectáque conseruatur materia ex eo nemore exportata, quoniam inspicien dum est, an rei, an autem personæ intuitu ille vsus magis concedatur. Quamobrem vnà cum prædio vsum illũ vendi & alienari posse existimarem, secundum l. in modicis. ff. de contrahend. empt. & eiusdem Rat sententiã in loco prędicto: quæ mihi potior, quàm Ias. suprà allegatæ videtur opinio. Sed animaduertendum est, licet in lj. quæst. suprà citata Boer. subiiciat, si sylua cædua sit, concedi nõ tantùm eius vsum, sed etiam ligni venditionem. at si non sit cædua, permitti vsum duntaxat, non etiam materiæ, vel ligni distractione: ídq; prob. per l. arboribus. & l. itẽ fundi. §. vlt. cũ duab. ll. seq. ff. de vsufruc. Id tamen moribus nostris nõ esse receptũ, imò potius contrarium scribit Ioan. Fab. in §. minus. instit. de vsu & habit. Nam regiis constitut. & pluribus supremę Paris. cu. arestis sancitum est, vt qui vsum non solùm ligni, sed etiam materiæ in nemore habent, ii non possunt ligna vel materiã cædere: nisi prius eos, qui nemoris custodiæ præfecti sunt, interpellẽt, vt partem nemoris, in qua ligna cædantur, designẽt, vel arbores ad materiã aptas pręcidant

dant: idq; loco ei, qui vſu illo potitur, oppor tuno, & intra commodum tempus: alioqui poſt interpellationem liceat vſum habenti, & ligna, & materiam excindere. Quòd ſi quis quantocunque tempore aliter vſus fuerit, non poteſt ſe præſcriptione tueri: imo ſi agatur vti poſsidetis interdicto, is qui longiſsimo tempore illo etiam vſu potitus eſt aduerſus conſtitutiones, atque Curiæ placita ſupradicta, excidet cauſa: quamuis ſecundum ius commune huiuſmodi vſus poſsit ſine titulo acquiri, & præſcribi ſpatio eius tẽporis, cuius initii memoria nõ extat: vt probat text. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. quoniam poſſeſsio tanti temporis pro titulo habetur, etiam in præſcribendo regaliorum iure, vt nota. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbo. ſignif. & Bald. in §. j. quæ ſint regalia. Sed & in ſanctionibus de nemorum ratione à Principe noſtro Franciſco, huius nominis primo, ca. lxxviij. relatum eſt, non licere potentioribus & locupletioribus, quibus tenuiores vſum illum ceſſerũt, latiore modo, & amplio- re huiuſce vſus frui, quàm ii à quibus cauſam habeant, ſoliti erant potiri: quãdo eas ædeis incolebant, quibus vſus ille conceſſus eſt. Nam prædio, non perſonis conſueuit apud nos ius hoc adſcribi. Itaque pro modo prędii veteris & primordialis in cuius rem do-

Succeſſor ſingularis non poteſt vti latiore vſus modo, quàm is cuius prædio fuit cõceſſus in regiis nemoribus.

natus est is vsus, debet semper accipi, non autem pro facultatibus successorum: præsertim; si in rem duntaxat successerint, non autem vniuersali titulo. His autem adstipulantur, quę tradit Ioan. Fab. in §. æquè. nu. 4. institu. de act. Si enim concedatur vsagium (vt ipse loquitur) in foresta ad calefaciendum & vtendum ad cuiusdam castri necessitates: seruitus censetur realis. Et quamuis Rex, aliiq; nemora possidentes se asserant eorum dominos, vsumque accolis se ac suos maiores fuisse largitos: tamen verò propius, similiúsque est olim & antę constitutos reges nemora fuisse publica, & populo communia, quoniam iure ciuili ferę primum occupantis fuerant: vt pote, quæ in nemoribus publicis, & populo communibus degebant: vt prob. tex. in §. feræ. institu. de rerum diuis. Extant sanè rei huius in plerisque apud Picto. nemoribus argumenta liquidissima. Nam in quadam eorum nemorum parte, quæ adhuc vulgaris & popularis nomen retinet, & quam Gallicè *le courable* vocant, licet vnicuique accolæ ligna cædere, hac tamen lege, vt si deprehendantur inter cædendū statis mulctis plectantur, quod si minus deprehensi sunt, pœnæ alicui non efficiuntur obnoxii. Sed & ipsi vetustissimam vidimus chartam: qua quidam pagi vnius multis habitatoribus frequentis patronus agnoscit syluam vastam huic

huic pago finitimam esse incolis illius pagi regionísq; vicinæ communẽ, profitetúrque si quid eius maiores antea fecerint, vel eius successores imposterum quid facturi sint in ea sylua cõtra ius communionis: ne quidquã incolis, & iis quibus sylua communis est, noceat. Confecta est autem hæc charta anno Do. 1269. Vtinam cæteri patroni sic populi causam curassent. Sed proh dolor nunc eorum successores quibusuis artibus & machinis admoliuntur, vt communis iuris possesione plebem exturbent, substractis etiam monumentis.

Vicarius generalis episcopi.

Vicarij generales episcoporum in spiritualibus, & temporalibus.

VIcariam operam, qui sacris prophanísq; Pontificũ rationibus commodant, libérámque earum nacti sunt administrandarum potestatem, siue (vt vulgò appellant) vicarii generales in spiritualibus & temporalibus, non debent coram testibus & tabellione domesticis, vel iuri eorum subditis, sed potius extraneis præsentibus ad minimum duobus sacerdotia conferre. Qui autem eiusmodi vicariam sibi falsò arrogant prouinciã: iis quibus sacerdotia largiũtur, quãti interest falsò ab illis sibi adscriptum fuisse munus hoc, damnantur, vt probat text. in simili in l. si quis affirmauerit, & l. si dolo. ff. de dol. Prioris au

tem sententiæ placitũ à supremis Curiis est emissum, ob fraudes, quæ temerè in huiusmodi sacerdotiorum donationibus admittebantur. Porrò in generalis vicariæ protestatis concesſione non venit sacerdotia cõferendi munus: itémque in delinquẽtes, vel facinorosos animaduertendi imperium, vt not. in c. vlti. de offic. vicar. in vj.

Vsucapio mobilium antiquata.

VSucapio moribus nostris antiquata est: vt tradit Boer. in commenta. consue. Biturig. tit. de præscrip. §. vij. Neque id velim existimes apud Biturig. nõ solummodo constitutum esse, sed etiam apud alios populos, qui moribus regũtur, sicut ibi testatur Boer. Proinde cùm vxor viro res suas mobiles donauisset, eáque decesſisset: vir ea mobilia in ædibus vxoris defunctæ reliquit: hæredes autem decem annos, & amplius ea mobilia absq; interpellatione viri possederãt: ideóque illa asserebant vsucepisse, pręsertim cum moribus nostris eorum, quæ defunctus mortis tempore possedit, nõ solùm dominium, sed etiam possesſio ad sui generis, vel sanguinis hæredes recta transmittitur. Vir autem causam tuebatur, quòd defuncta vxor mor-

Vsucapio rerum mobilium an in Gallia obseruetur.

tis temp

tis tempore eorũ mobilium dominium non habebat: quoniam donatione in virum collata, à se ea alienauerat: vt prob. in l. sequens. ff. de legat. ij. Quæ enim maritus per donationem in vxorẽ viuus cõtulit extra bonorũ causam defuncti computari debent. Responsum quidem est à quibusdam causidicis totius Parisiensis fori peritissimis, mobilia illa non fuisse vsucapta ab vxoris hæredibus: quia vsucapio à foro nostro sit explosa: atq; ea mobilia, non nisi xxx. annis posse præscribi. Sed tamen non idcirco id responsum esse autumandum est: quòd secundum Biturig. mores eodem titu. traditos, mobilia perinde atque immobilia non minori tempore, quã xxx. annorũ præscribantur. Quippe de mobilibus, quæ in regione Pictonica erant, agebatur. At statuto Picto. regionis, quod est relatum sub titu. de præscrip. c. j. Immobilia iusto & singulari titulo, & bona fide possessa decem annis præscribuntur. Itaque eodem tempore mobilia præscribi consentaneũ est: cùm sint multò immobilibus viliora. Sed illi ea ratione id responderunt: quòd non titulo singulari, sed pro hærede (qui quidem titulus est vniuersalis) ea mobilia fuerant possessa: imo etiam absque titulo. Etenim illa vxor viro donauerat, vt suprà diximus.

Vicini prohibitiones.

Vicinus an me prohibere poßit, quominus quid in suo faciam, quod illi non obsit, & mihi prosit.

VIcinus, quominus in suo prędio quid faciam, quod illi nō noceat, & mihi prosit, me prohibere potest: imo sua id authoritate demoliri. l. quemadmodum. §. j. ff. ad legem Aquil. Si enim per alicuius domum traiectus fuerit citra seruitutem aqúæductus: iure suo potest dominus domus eum intercidere. Sed si proiectum meũ, quod supra domum tuam nullo iure habebam, recidisses: tecum damni iniuria agere possum. Debuisti enim mecum agere ius mihi non esse proiectum habere, quoniam nihil in tuum immissum fuerat, sed tantùm supra tuum fuerat positum. Itaque propria authoritate non potes diruere. Quamobrem, si fundo vicini meus seruitutem debeat: & quicquam, quod eius seruituti officiat, in fundo meo fecerim: vt puta fossam, qua ei debitam itineris seruitutem intercipio, non potest eam fossam destruere, sed mecum interdicto, aut alia actione debet experiri. l. fistulas. & l. si quando. ff. si serui. vendi. & gloss. in l. j. C. de interdic. Quamuis Petr. Ferrar. in forma libelli pro confesso. actio. scribat, facto posse resisti, citátque Bart. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de iti. actúque priua. qui id expreſsim asserit licere, vbi quis extra iudiciũ in seruitutis huiusmodi itineris, vel alterius vsu interpellatur,

An liceat mihi propria authoritate in meo positum demoliri.

& turbatur, & Barto. ibi authorem Innocen. laudat. Tamen id apud nos locum non obtineret, quoniam leges quidpiam authoritate propria fieri permittentes, sunt explosæ: vt testa. Domi. Rebuff. in glo. v. procemii prioris tomi commenta. in regias constitu. & suprà etiam latiùs diximus. Quod si non meo opere, sed naturaliter aliquid ex meo in tuũ prædium immiteretur: vt puta, inferior pars domus mea erat, superior autem vicini, si fumum ex mea parte in vicini partem immittam, si id modicè & moderatè, & prout vsus familiæ exigit, fiat, nõ potest vicinus prohibere: secus autem si immodicè & immoderatè fumum immittam. In suo etenim cuiuis hactenus facere licet, quatenus in alienum nihil immittat: l. sicuti. §. Aristo. & ibi gloss. ff. si seruit. vendic. Porrò, si non immittendo nec extendendo supra vicini fundũ vtilitatem ab eo auferam, quæ aliunde quàm ex meo ad illum perueniebat: licet ei me prohibere: vt probat text. in l. fluminum. §. item videamus. ff. de damno infect. Sin autem abstulerim eam, quæ ex fundo meo ad eum proficiscebatur, vtilitatem, si quidem iure seruitutis eam habebat, tum vicinus iure me prohibet. At si non seruitutis ius illi sit: si tamen nocendi animo, neque vllius vtilitatis meæ causa id faciam: etiam rectè prohibet. At si opus fecerim, vt aqua, quæ ex meo decurrẽs

vicini fundo proderat: iam non illius, sed meo agro prosit, non potest vicinus agere: vt probat textus in l. Proculus. ff. de damno infect. Pluuiæ enim arcendæ actionem dari si intersit, nõ si nõ prosit. Sed si opus in meo fundo factum sustulerim: & propterea vehementius aqua profluat, vel deriuetur, aquæ pluuiæ arcendæ actio cõpetit. l. j. §. sicut autem. ff. de aqua pluuia arcen. Sanè, si vt meo potius fundo prosim, quàm alieno incommodem, vicinus non potest queri. l. Proculus. ff. de dam. infect. Et hæc quidem omnia tradit disertissimè Paul. Castrens. in l. fluminum. §. vlti. ff. de dam. infect. Quocirca etsi columbæ ex meo columbario in fruges vicini aduolent: eásque depascantur: ille tamen prohibendi ius non habet, quominus in fundo meo columbarium extruam. Idque non obtenta feudarii patroni, seu domini venia: vt pluribus supremæ Paris. cur. arestis constitutum est. Quorum sanè vno infirmata est cuiusdam iudicis regii sententia: quam super vti possidetis interdicto, ea de re à vicino instituto aduersus eum, qui columbarium ædificauerat, tulisset, eàque sententia statutũ esset, vt columbarii dominus annuam frumẽti vilioris quantitatem vicino pensitaret. nisi columbarum loculamenta ad antiquum numerũ redigeret: vt inde sarciri posset, quod columbæ darent damnum. Reus autem planè ab

Vicinus, vel patronus, seu dominus feudi an prohibere poßit, ne in meo columbarium extruã?

nè ab eo interdicto per eandem Curiam absolutus est. Non enim potissimùm ad æmulationem quid factum præsumitur, sed ad cõmodum percipiendum: vt tradit glo. & Bar. in dicta l. fluminum. §. vlti. Alberi. & Ias. in repetit. l. quominus. in j. q. ff. de flumini. cui concinit. l. meritò. ff. pro socio. quam ibi citat Ias. Sed & Bald. in c. cùm ecclesia Vulterana. de elect. scribit etsi præcipuè nocendi animo, aliâs non facturus, quis opus in suo fundo faciat, si tamen illi sit vtile, non potest à vicino prohiberi, quod & Ias. ibi refert, & sequitur. Cui suffragatur Panor. in c. Pisanis. de restitut. spoliator. Nec verò id ad leporaria, seu cuniculorum viuaria protrahendum est: non enim licet nouè cuique in fundo suo ea viuaria extruere, quoniã id regiis constitu. specialiter vetitum est: atque etiam ne vltra fines à quadraginta annis consuetos & vltra formam hoc tempore vsurpatam extendantur. Id autem iudicio meo sancitum est: quòd hæc cuniculorum viuaria soleant graue damnum in accolarum frugibus depascendis inferre. Sed nec patroni, seu feudarii domini consensus potest ius hæc viuaria extruendi tribuere: quippe clientum suorũ in manifestam perniciẽ id vergeret: vt prob. in l. ij. §. meritò. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in lo. pub.

Vicinus an poßit impedire leporarium à me in meo ædificari.

Vxor

Vxoris & viri, mutuæ successiones.

Vir & vxor an inuicem succedant fisco excluso in Gallia?

VXor marito succedit deficientibus legitimis hæredibus, excluso quoque fisco, & è diuerso vir coniugi. vt not. in l. j. C. vnde vir & vxor. quod etiam moribus nostris receptum est, vbi specialis ea de re etiam non est prodita cõsuetudo: vt puta in vrbe, agróque Rupellensi: atque ita à supremo Parisi. Senatu iudicatũ sæpius fuisse palàm est. Sed & nominatim id cautum est statutorum Picto. c. ccxxx. Sanè, si vxor ex delicto fuerit condemnata, non possunt in iudicati causam capi mobilia viri & vxoris communia, neque dotis, vel rerum paraphernalium ad vxorem pertinentium fructus: vt tradit Innocẽ. in c. per tuas. de donat. inter virum & vxorem. & refert Ioan. Fab. in l. pro oneribus. C. de iure dot. Nam aiunt non teneri virum emendam pro delicto vxoris soluere. At si hi fructus possent pro delicto vxoris capi: cogeretur ex obliquo vir pœnam pecuniariã vxori illatam pendere: quoniam mobilia & fructus illi in mariti dominio sunt, vi statuti Picto. quod ferè commune est omnium, quæ moribus reguntur, Franciæ prouinciarum. Sed id subsidii à causidicis vsus forensis, & ciuilis disciplinæ peritia commendatis, & apud supremam

Vxore ex delicto condemnata an mobilium communium dimidiata pars, & fructus rerum immobilium ad vxorem pertinentium in iudicati causam possint capi.

premam Cur. causas agentibus inuestigatum est, vt publica manus in proprietatem eorũ prædiorum, quæ vxoris essent, iniiceretur, eáque proprietas subiiceretur hastæ, & auctioni, & nouissimo licitatori addiceretur: quod & factũ fuisse haud me præterit. Nec reticẽdum est quosdam aliter sentire: vt ob mulieris delictum pars dimidiata mobilium, illorúmque fructuum publicè possit postulari: atque ita à suprema Paris. Cu. fuisse constitutum. Nondum tamen placitum illud ad nos perlatum fuit. Quamobrem priori sententiæ standum reor. Porrò variè dirempta est, quę crebrius contingit, quæstio: vxori an vir cogi queat in litem siue ciuilem, siue criminalem impartiri authoritatem. Nam cùm apud Rupellanos vxor rescriptum à Principe obtinuisset: quo iubebatur quædã trãsactio ab vxore ante matrimonium inita: rescindi: iudéxque vice mariti detrectantis authoritatem in eo iudicio præstare, authoritatem suam impertiuit. Aduersarius autem obstitit, virúmque ad authoritatem mulieri concedendam compelli postulauit, fretus l. vlti. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. qua pater captis pignoribus debet astringi, vt filio authoritatem accommodet: secundum quod exemplum Præfectus vrbis agríque Rupellani maritũ authoritati præstandæ obnoxiũ iudicauit. Ille verò prouocauit. At supremæ Paris

Proprietas rerum immobilium vxoris ob eius delictum prehendi, & distrahi potest.

Vir an cogi posit authoritatem in causa ciuili, & criminali impertiri vxori.

Parisſ.curiæ calculo damnatus eſt. Atqui licet ea adducerẽ coram pleriſque iudicibus morum,& iuris calentiſsimis, non potui ab iis conſequi,vt hoc ſequerentur exemplum: imò inueteratum illum morem ſemper retinent: vt ſi maritus cunctetnr authoritatem præbere, illi authoritatem mulieri impertiunt:vt legitimam in iudicio ſtandi perſonã abſque viro habeat. Sed etſi vir authoritatem mulieri præſtitiſſet:non ideo in iudicati cauſam fas eſſet eius res capere:ſicut in curatoris bona non fit executio rei aduerſus eum & minorem iudicatę:vt not. in l.ſi ſe nõ obtulit.ff.de re iudic.& in l. penulti. & vlti. ff.quando ex fact. tut. Atqui nuper ex viri docti commentariis accepimus ſupremã Pariſ.curiam aliter ſanxiſſe die 7.Auguſ.1543. nimirum perperam fuiſſe iudicatũ,quod iudex maritum nolentẽ vxori litiganti authoritatem impertiri condemnaſſet: & nihilominus eandem curiam ſtatuiſſe,vt ſententia, quæ aduerſus mulierem ferretur, in virum, quòd abſque iuſta ratione authoritatẽ præbere renuiſſet,executioni mãdaretur. Quippe ea mariti authoritas, quæ & in vxoris cõtractu: & lite à ſtatutis noſtratibus exigitur, non ad integrandam, ſeu habilem faciendã vxoris perſonam(ſicuti curatoris,vel patriſfamil.in contractu minoris,vel filiifa.)deſideratur:vt not.in l.ſenium.& ibi Paul.Caſt. &alii

Mariti res in indicati cauſam capi poſſe cũ iniuſtè vxori authoritatẽ in litẽ præſtare recuſarit.

Viri cõſenſus in vxoris contractu ad integrãdam eius perſonam non deſideratur, ſed ne dãno virum afficiat.

& alii ſcrib. C. qui teſta. fac. poſſ. ſed tantùm ne iuri mariti (quod in mobilibus, & immobilium fructibus ſtatuta ei tribuunt) officiat vxor. Quocirca, ſi vxor dum matrimonio copulata eſt, abſque viri authoritate contraxerit, ex eo contractu ſoluto matrimonio poterit conueniri: vt areſto ſupremæ Pariſ. curiæ iudicatum fuiſſe teſtatur Do. And. Tiraquellus lib. de legib. connubialib. circa finē. Cui aſtipulatur, quod ſcribit Specul. titul. de pact. in tertia parte operis. & Ioan. Fab. in l. filius. C. de pac. ſi filius patre ſuperſtite debitores paternos liberauerit, ea nomina poſt patris mortem minimè condicet. Quamuìs non ignorem aliter ab eadem ſuprema Paríſ. curia decretum aliquando fuiſſe, contractùmq; haud abſimilem irritum feciſſe. Sed exiſtimo hac impulſam fuiſſe ratiōne, quòd non modicam fraudem & damnum mulier eo contractu ſe paſſam fuiſſe docuiſſet: infra tamen iuſti pretii dimidiam. Quin & hac in ſpecie mulier ſeorſum à marito etiam cōſtante matrimonio habitabat, & ab omnibus credebatur ſui iuris iudiciali authoritate facta. Proinde prius placitum cenſeo amplectendum, vbi id in quæſtionē vocabitur. Sed & in monumentis antiquarum huius regionis Pictonicæ conſuetudinum extat capitulum, quo nuncupatim traditum eſt, mulierem ex huiuſmodi cōtractu ſoluto matrimonio

Vxor an cōueniri poſt viri mortem poſſit ex eo cōtractu quem conſtante matrimonio abſque viri authoritate geſſit?

nio poſſe conueniri. Igitur etſi emandatis ſtatutis, quæ hodie obſeruantur, prohibitũ ſit, alios citare mores, vsúſue, quàm eos, qui his ſtatutis nouè diſpunctis ſunt cõprehenſi: tamen cùm illud antiquum ſtatutum iuri cõmuni ſit affine, arbitrarer id in hanc rem conducere, nec abs re fore, ſi reſcriptũ Principis impetraretur, quo id ſtatutum confuſis teſtimoniis (quæ turbas appellamus) permitteretur probare. Quamobrem vxor etiã poteſt cum viro contrahere, & vires confeſtim ab initio contractus capit: veluti, ſi maritus vxori fundum cedat, alterius fundi, quem alienauit, loco, vt fide ſe liberet, quã ei præſtitiſſe fatetur, vt ea ſui fundi adſentiretur alienationi: modo de ea venditione liquidò conſtet: atque ita ſupremus Lutetiæ Senatus cenſuit die 9. Auguſti 1540. Quod quidem non procederet, ſi ad corroborandum mulieris contractum neceſſariò viri adhiberetur authoritas: quia nulla obligatio inter eos poſſet cõtrahi, ſicuti nec inter patrem & filium in paternis ſacris conſtitutum, vt nota. in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. Sed & præterea viro & vxori mutua & ſimplex inuicem ſtatutis noſtratibus donatio permittitur: ita tamen, vt poteſtas vtrique donationis ſuperſit reuocandæ: niſi aliquibus in regionibus, vbi ſi mutua ſit donatio, tum eius reuocatio effectum nanciſcitur, cùm deteſtata

Vir an poſsit cum muliere contrahere.

stata & denunciata est coniugi alteri.

Vicinus, an contribuat.

Vicinus si hausti aquæ velit renunciare an nihilominus sit ad reficiendum, vel purgandum puteum viciniæ communẽ cogendus.

VIcinus, si nolit puteum purgare, vel reficere, ex quo vicinia solebat aquam haurire, quémque cæteri vicini reficere, & purgare consentiunt: cogitur refectioni & purgationi sumptum necessariũ pro virili subministrare: tametsi aquæ vsui se renunciare profiteatur: vt probat text. in l. ad portus. C. de oper. publi. Nam in portus, aquæ ductus, & murorum refectionem omnes tenentur conferre. Nec mouet quod vsus fructuarius, qui vsufructu cedere paratus est, non cogendus sit reficere. l. si absente. ff. de vsufruc. Cũ enim hic vicinus ex quasi culpa sua teneatur: qui vnà cum aliis, viciniáque permiserit, puteum sordibus, vel luto oppleri, vel tẽpore idoneo non repurgarit, non debet renunciando vsui aquæ à collatione liberari: nisi ipse domui vicinæ illi puteo renunciaue rit. Itẽ quia vicinis insciis nihilominus posset vti putei illius aqua, & si id prohibere vellent: nimia cura, & solicitudine angerentur: quæ pluris æstimanda esset, quàm collatio, qua vicinus teneretur: meritò ipse vicinus ad hanc collationem compellitur. Accedit quoque vtilitatis publicæ fauor: quam aspernari, vel detrectare nemo priuatus fe-

Vsufructuarius non cogitur reficere, si vsumfructum velit derelinquere.

NB. De specula, 104.

rendus est. Id autem posteaquàm in vtramque sententiam disseruit Specul. in titul. de exac. in tertia parte oper. nominatim in hac sententia residet. Idque refert & sequitur Ias. in l. ij. nume. 26. C. de iure emphit. etsi illud apud Specul. ferè insolens est. Nam ab vtraque parte thematis vnius sæpius causas & rationes affert: nec solet nuncupatim exprimere, vtri sententiæ censeat adhærescendum. Sed tamen posterior semper amplectenda est sententia: vt Barto. & Paul. Castr. in l. bona fides. ff. depositi. affirmant. Idque generaliter non solùm in iis quæ à Specula. sed quæ ab aliis interpretibus scripta sunt, puto obseruandum, quod & nos in nostris lucubrationibus (sicubi opinionem nostram disertè non declarauerimus) custodiendum admonemus.

Vtra opinio in doctoribus sit tenenda prior, an posterior.

Vsumfructum aduentitiorum patri competere.

VSusfructus patri in rebus aduentitiis filii in sua potestate constituti competit. l. cùm oportet. C. de bonis, quæ libe. neque is vsusfructus filii morte patri perit superstiti, sed patris vsque in mortẽ permanet: vt probat textus in l. vlti. C. ad Tertyl. vbi Bartol. eam l. ait antiquatam esse nouellis Iustiniani

constit

constitut. quarum epitome huic legi subiungitur: nisi quatenus patri vsumfructum in rebus filii aduentitiis post eius quoq; filii mortem tribuit. Tamen Boer. in decis. curiæ supremæ Burdegal. quæst. clxxij. circa finem ait, vsumfructum hunc ad patrem non pertinere, nisi pro quadam portione ad hæreditatem admittatur cum aliis: adducítque l. vlti. C. ad Tertyl. suprà alleg. & l. vlti. C. de success. quæ quidem leges, si penitus inspiciantur, non adimũt patri vsumfructum post filii mortem, imo cõfirmant. Quapropter Paul. Castren. in authen. defuncto. C. eod. titu. ad Tertyl. scribit insolidum penes patrem hũc residere vsumfructum, licet cum aliis succedat, quod adiuuat Bar. opinionem. Quocirca intelligendum est, patri integrum seruari vsumfructum, prȩterquam in ea parte, in qua pater succedit. Iniquum enim absurdúmque esset, in qua parte filio pater succedit, in ea quoq; vsumfructum patri insolidum custodiri. Sed nostra statuta ferè patrem & matrẽ & reliquos ascendentes à filiorum vel nepotum successione abarcent, quod ad res, quæ soli sunt, seu immobiles spectat: atque eæ collateralibus deferuntur, etiam si à patre vel aliis ascendentibus res illæ profluxerint, vt statutorum Picto. cap. ccxvij. proditum est. Itaque de iis immobilibus deduci non debet vsusfructus, cùm legitima absque onere vllo

debeatur, vt not. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. Hæc autem immobilia instar legitimæ censet statutum.

Vsusfructuarij satisdatio.

VSusfructuarius, si ob paupertatem non possit satisdare, & profligationis, vel dissipationis sit suspectus, solent supremæ Curiæ decernere, vt res cuius vsusfructus relictus est, publicè possideatur, & sequestris tradatur: qui eius fructus locent mercede annua, quã sequestri singulis annis vsusfructuario tenebuntur erogare. Id autẽ sumptũ est ex l. is cui. §. Imperator. ff. vt in poss. lega. atque ex opinione Guilliel. à Cug. in l. vsusfructu. C. de vsufruct. & ita obseruatum apud Curiam supremã Delphi. refert Guid. Pap. in quæstio. ccl. Quod quidem remedium multò præstat iis quæ scribit Bald. in authenti. cui relictum. C. de indict. vid. toll. Nam ibi tradit, si vsusfructuarius non possit ob inopiam cauere, rem apud proprietariũ remanere oportere: eiúsque fructus illi à proprietario quotannis tradendos, & dari optionem proprietario: an velit stare iuratoriæ vsusfructuarii cautioni, an autem ipse possidere, & reditus fructuario soluere, & ita ab Imperatore esse constitutum in corpore illius authẽticæ. Quocirca videtur vxorem,

Vsusfructuarius si ob paupertatẽ satisdare nequeat & sit dissipationis suspectus, quo modo vsufructu illo debeat potiri.

rem, cui maritus vsumfructum relinquit, teneri hanc cautionem, itémque de re viri sui hæredibus post mortem ipsius vxoris restituenda præstare, vt probat text. in l. vsusfructu. C. de vsufruct. suprà allega. atque nominatim asserit Guid. Pap. in quæstio. ccxlviij. Tamen id hac in regione Picto. minimè hactenus obseruatum fuisse non ignoro: etsi sæpius in controuersiam venerit. Rupellæ verò id scio sæpius fuisse custoditum. Cuius quidem differentiæ ratio non mihi satis cõperta est. Nam vtrobique permittuntur inter virum & vxorem donationes, conditionibus vtique quibusdam Rupellæ obseruatis. Igitur ratio, quæ tollere videretur huiusmodi satisdationem, vtriusq; regionis esset cõmunis. Sed & in donatione propter nuptias, quam statutum Picto. regionis marito prædecedente vxori defert (quam doarium nominat) licet vsusfructus titulo eam duntaxat tribuat, nunquam tamen vidi cautionẽ postulari, nedum exigi. In causa verò illud esse suspicor, quòd statutum puræ eam donationem deferendo, censetur huius cautionis molestiam remittere. Sed nuper accepimus aresto supremæ Paris. cur. id fuisse constitutum, vxorem ad hanc satisdationem cum fideiussoribus dandam non posse compelli: si mater sit liberorum donatoris: ad quos rei donatæ proprietas pertineat, propter ma-

Vxori si vir vsumfructum relinquat, an vxor cautionẽ cum fideiussoribus præstare debeat? quid item si vxor viro?

ternum in liberos affectum, vt prob. ex not. in l. iubemus. §. j. C. ad Trebel. Nam ibi si pater hæredem filiũ instituat adiecto hoc onere, vt nepoti restituat, ipsi patri remittitur cautio. Idem quoque iuris, si vir vxorem instituat, vel vxor virum: ita vt hæreditatem filiis communibus restituat. Non enim alteruter siue vir, siue vxor satisdare cogetur: nisi ad secundas nuptias conuolauerit. Quin ibi tradit Paul. Castrens. postquam pater, vel mater ad secundas nuptias transeunt, nõ iniuria de iis suspicari possunt, seu his postea nõ cõfidere prioris matrimonii liberi. Scio tamen tex. in dicta l. iubemus. §. j. vetare nominatim eam constitutionem ad alias personas extendi: proinde videretur non esse trahenda ad hanc donationem vsufructus à viro vxori collatam.

*

FINIS.

Ench

ENCHIRIDII HVIVSCE FORENSIS, ET LEGITIMI INDEX.

A

Annui

Author

Collat

transmit

Contract

D

dem

F

I

Instru

publice

N

O

Oblig

Pœna

Prolu

Rescind

S

quanto

V

FINIS.

Errata sic corrigito.

Fol.2.lin.9.leg.appellationis.fol.4.in addit.leg.absentia.fol.5. lin.2.leg.incumbit,ibid.lin.penul.leg.decisum.ibid.lin.fin.leg. Rat.fol.6.lin.18.depone,quod. fol.14.lin.18. leg.petitioni subscribit.fol.16.lin.vlt.leg.propius.fo.18.li.15.le.indicium. fo.21. lin.15.leg.solummodo.fo.26.in addit.lin.3. leg.absens. fol.57. lin.5.leg.potent.fo.62.lin.16.leg.progressum. fo.65.lin.24.leg. cuius.fo.85.lin.3.leg.mulier.fo.86.lin.5.leg.à quo.fo.89.lin.16. leg.quamuis.fol.93.lin.8.leg.clausula.fol.95. lin.22. leg.stipulante.fo.104,lin.22.leg.rectéque.fo.107. lin.7. leg.appellantis. fo.108.lin.21.leg.super.fol.113. lin.4. leg.textum. fo.119. lin.12. leg.regio.fo.136.in addit.2.lin.1.leg.ex.fo. 142.lin.6. foret. fol. 150.lin.23.leg.errorem.fo.182.lin.27.leg. Tum. fol.285.lin.vlt. leg successionem.fo.188.lin.1.leg.diserte.fo.191.lin.12.leg.compelleret.fo.198.in addi.leg.pendentis.fo.201.in addi.1.leg.conuestitur.fo.201.lin.16.leg.propria.fo.205.lin.6.leg.res. fol.212. lin.11.leg .iurisiurandi.fol.218.lin.5.leg.sententia.fol.221.lin.6. leg.priuato.fo.224.lin.18.leg.emptor.fo.241.lin.22.leg.contrahentium.fo.264.lin.vlt.leg.oppugnabat.fo.267.lin.penul.leg. indice.fol.271. lin.26.leg. contrahentes.fol. 271. in addit.vlti. leg.iugerum. fo.287.lin.1.leg.pertinentem.fo.290. lin.17.leg. eodem.fo.294. lin.6. leg.separatum. fo. 302.lin.20. leg.hi.fo. 308.lin.11.leg.statutorum.fo.315.lin.2. leg.collusio. ibid.lin.12. leg.quamobrem.fo.331.in addit.leg.moribus.fo.338.li.vlt.leg. prçscribi.fo.356.lin.20.leg.fauore.fo.376.lin.4.leg.potestatis. fo.382.in addit.2.leg.vxore.

Lugduni, Excudebat
Michaël Syluius.
M.D.LVI.

Escheuins. unde vo-
cati. pag. 178. in
Enchiridio Iuris Gall.